Digitized by Google

EX MUNIFICENTIA
FERDINANDI III. M. E. D.
DIE 3. IUNII 1791.

9. 7. 470

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

A

9-S-47-D

Digitized by Google

Q. 7. 4. 70

Digitized by Google

Digitized by Google

JOHANN VVILHELM ZIEROLDI

S. Theologiæ D. Conſil. Conſiſt. Eccleſ. in Ducat. Pomeran. Orient. & Princip. Camin. Profeſſ. Prim. ac Paſt. Johann. & Auguſt. Stargard.

VERI NOMINIS

ORTHODOXIA

Fidelium & piorum,

per

Exegeſin

EPISTOLÆ I. ad TIMOTHEUM

demonſtrata,

&

PSEUDORTHODOXIÆ

Infidelium & Impiorum

PELAGIANO-SCHOLASTICÆ

inprimis

SCHELWIGIO-BUCHERIANÆ

oppoſita.

Cum Cenſura Superiorum.

STARGARDIÆ POMERANORUM, Anno 1708.

Typis JOH. NICOL. ERNESTI, Typogr. Regii.

Digitized by Google

BYB. FLORENTINAE BIBLIOTH

Digitized by Google

§. I.

DOminus ait: *Ignem veni mittere in terram* Luc. 12, 49. & Matth. X, 34. affirmat: *non ſe veniſſe pacem mittere in terram, ſed gladium.* Utrumq; ſalutariter. Gladius non interficiens ſed ſecernens ſeparat fideles ab infidelibus, *veri nominis Orthodoxiam à Pſeudorthodoxia.* Igne verbi divini accenſo fœnum ardet, aurum purgatur. Aurum *veri nominis Orthodoxia* eſt, fœnum *Pſeudorthodoxia.* Salubriter ardent fideles accenſi igne charitatis divinæ. Infideles autem audito verbo divino facti pejores, ira & furore ſuo conſumuntur. Ira ignis eſt qvo ardent *Pſeudorthodoxi*, qvando moventur animo flammantibus oculis, ſcintillantibus verbis, feruntur in injurias, non ſe capiunt, non ſe tenent: *Verè Orthodoxi* autem patienter excipiunt calumnias, injurias, plagas. Hinc furiæ Pſeudorthodoxæ, inde lenitas verè orthodoxa; hinc ira, inde pa-

tientia; hinc flammæ, inde tolerantia. Ardent Pſeudorthodoxi furore ſuo, anteqvam veniat dies ille judicii magnus, qvo ſempiterni illius ignis arſuri ſunt ſupplicio. Vere orthodoxi ſucco Spiritus S. vigentes & virentes, flammis inimicitiarum reſiſtunt, orando proPſeudorthodoxis.

§. 2. Pſeudorthodoxiæ peccatum eſt libido ſpecie orthodoxiæ mentiendi, exorta in Adamo. Contra veri nominis orthodoxiam olim falſa dixerunt pagani, hodie Pſeudorthodoxi. Celeberrimus *Kilonienſis Theologus D. Chriſtianus KORTHOLT* utiliſſimum librum ſcripſit, Anno 1703. Lubecæ impreſſum, cui Titulus: *Paganus obtrectator, ſive de Calumniis Gentilium in veteres Chriſtianos.* Hodie eadem res agitur, mutatis ſaltem perſonis, ut patet ex ſeqventi Paralleliſmo:

PAGANUS OBTRECTATOR, ſive calumniæ Gentilium in veteres Chriſtianos, Auctore D. Kortholt	PSEUDORTHODOXUS OBTRECTATOR, ſive calumniæ Pſeud-Evangelicorũ qvorundã, inprimis Schelvvigii & Bucheri, in veros Chriſtianos.

Chri- Ve-

Chriſtiana religio nova eſt l. 1. c. 1. §. 1. Chriſtiani ſunt Manichæi; ib. §. 2. ut in edicto Diocletiano dicuntur, de Maleficis & Manichæis, qvibus nominibus omnes in univerſum Chriſtiani cum peſſimis qvibusvis hæreticis confunduntur.

Doctrina Chriſtiana ex Philoſophorum Gentilium lacunis ſcitisq; hauſta. c. 2. præcipue ex Platone, §. 5. Ipſe Chriſtus ex Platone dogmata ſua petiit. §. 9. Sed probat D. Korth. §. 18. Platonem multa ab Ebræis accepiſſe, ut & Pythagoram. Duos Chriſtianorum Calumniatores Julianū & Celſum in calumniando parum concordes fuiſſe, Korth. c. 4. n. probat.

Veri Chriſtiani Novatores ſunt. v. Schelvv. & Buch. libellos famoſos paſſim. De Manichæis Fundam. Fanat. Myſt. Iniqv. Veri Chriſtiani cum peſſimis qvibusvis hæreticis hodie confunduntur.

Conf. Pſeudorth. diſputationes de Chriſtianiſmo Stoico, Hermetico, Pythagorico. Bucheri Plato Myſticus in Chriſtianis redivivus. Ejusdem Menſes, in qvibus ἑαυτὸν τιμωρούμενος *ſe ipſū refutat, probans patres Eccleſiæ Platonem Ariſtoteli prætuliſſe. Bucher & Ariſtarchus in U. N. parum concordes ſunt in calumniando, ille enim Platoniſmum, hic vero omnis Philoſophiæ*

	Gentilis contemptum objicit. Quæ aperta eſt calumniatorum contradictio.
Julianus Apoſtata Chriſtianis objecit, qvod à Judæis pariter acGræcis peſſima qvæqve petita inTheologiam ſuam tranſtulerint c.4.1.	*Pſeudorthodoxi calumniantur, ſtudium Cabbaliſmi ſine diſcrimine eſſe dilaudatum; Quod apertũ mendacium, in Hiſtor. Eccleſ. prolixè refutatum, non Theologo Evangelico, ſed Juliano Apoſtatâ dignum.*
Veris Chriſtianis afficta hæreticorum impoſtura & improbitas morum c.6.	*Veris Chriſtianis affingitur hodie veterũ hæreticorum falſa doctrina & impietas.*
Doctrina Chriſtiana Reipublicæ neqvaqvã conveniens dicebatur. c.8.	*Eadem calumnia hodie de Regio ſacerdotio verorum Chriſtianorũ auditur.*
Religio Chriſtiana ſtultitia dicta. c.9.	*Idem dicit ſupplementũ Synopſis Schelvv. & c.*
Chriſtiani à Gentilibus exagitati, qvod nimis creduli. c.10. 1. & ſimplices, §.16.	*Credulitas Speneri & aliorum Orthodoxorum nimis exagitata eſt à Pſeudorthodoxis.*

Gentiles Chriſtianis ut ſtultis magno faſtu inſultabant, ut ſcurris, ſpermologis & fallaciæ ſeminatoribus c. 11.	Schelvv. cum fratribus Pſeudorthodoxis magno faſtu veris Chriſtianis ut ſtultis, ſcurris, Spermologis & ſeminatoribus fallaciæ inſultat.
Gentiles Chriſtianiſmum ultra annos 365. non duraturum eſſe, ſomniarunt. c. 14.	Schelvv. verum Chriſtianiſmum ultra vitam Speneri non duraturum, Pſeudorthodoxè prædixit.
Chriſtianis Myſteria, diſciplina arcani & ſacra clandeſtina objecta L. 2. c. 9.	Pſeudorthodoxis orthodoxa Theologia Myſtica male audit, ob eandem rationem. M. B. Myſter. Iniqv. Plato Myſticus &c.
Atheiſmus & impietas Chriſtianis à Gentilibus objecta. Unde exclamatio: Tolle Atheos! L. 2. c. 10.	Pietas Pſeudorthodoxis impietas, & Chriſtianiſmus verus, Atheiſmus dicitur.
Qvorundam Chriſtianorum vitia omnibus imputata. L. 3. c. 2.	Vitia & errores qvorundam, iniqve omnibus vere piis tribuuntur à Pſeudorthodoxis.

Chriſtus & Apoſtoli impoſtores dicti ab impoſtoribus c. 3.	*Innocentisſimi hodie impoſtores dicuntur ab impoſtoribus.*
Chriſtiani communiter maleficarum artiū poſtulati. c. 4.	*Veros Chriſtianos magicis artibus uti mentiuntur Pſeudorthodoxi.*
Clancularii conventus Chriſtianis objecti c. 5.	*Conventus Chriſtianorum conventicula dicti.*
Obſtinatio & pertinatia Chriſtianis objecta c. 10.	*Conſtantia in vera pietate hodie obſtinatio dicitur.*
Inanis gloriæ affectatio Chriſtianis affecta c. 11.	*Superbia affingitur Chriſtianis, à vana mundi gloria alienisſimis.*
Miſera Chriſtianorum à paganis exagitata ſors eſt. c. 14.	*Salſe rident Pſeudorthodoxi vere pios, qvod nullam inde proſperitatem vitæ haberent.*

Sunt autem Pſeudorthodoxi in calumniando parum inter ſe concordes, ut olim Julianus Apoſtata & Celſus v. Kortholt. l. 1. c. 4. §. 11. ita hodie Schelvv. & Buch. Hic enim κακόχαρτος malis gaudens

dens & alienis inſultans calamitatibus, non tantum in ſinu gaviſus eſt, ſed publice qvoqve mihi objecit ſumptus qvos in Hiſtoriam Eccleſiaſt. meam impendere neceſſe habuerim, & qvia ipſe ſcriptis ſuis cauſa hujus damni mihi illati fuerit, ὑπερχαρὴς ſupra modum lætus non potuit ſatis hac de re gloriari. Schelvvigius autem mendaciis gaudens, objicit contrarium, qvaſi mercede conductus ſcripſerim, ex qvo nefario mendaciorum inter ſe diſſidio αἱματοχαρεῖς λύκοι ſangvine gaudentes lupi, pelle Pſeudorthodoxa tecti, ſatis apparent.

§. 3. Theologia Pſeudorthodoxa eſt ars calumniandi, facilis ad irrogandas injurias, difficilis ad veritatem & concordiam. Ira Pſeudorthodoxa in odium verſa, qvæ nutritur & creſcit malis ſuſpicionibus, eſt turbulentus appetitus auferendi ea, qvæ Pſeudorthodoxiam impediunt. Orthodoxia autem veri nominis, eſt fidei & charitatis lumen, qvod deſinit mens Pſeudorthodoxa videre, perturbatione iracundiæ tanqvam nubilo ſuperata. Schelvvigius ab ira victus, nil præter injurias eructat, de ſuo enim non habet niſi

mendacium & convicium. Non intueor qvam ſit ſcurrile & durum qvod audio, ſed qvam ſtolidum ac falſum, & qvam verax atqve bonus pro cujus nomine hoc audio. In eis, qvibus me criminantur Pſeudorthodoxi, teſtimonium conſcientiæ meæ non ſtat contra me in conſpectu DEI, ideoqve exſulto, qvia merces mea multa eſt in cœlis. Ubi DEUS judex eſt, nullus falſo crimine læditur, qvia non cui objicitur, ſed objicienti potius imputatur. Furentem Pſeudorthodoxum debacchari & iram ſatiare permittam. Qvi maniacis iraſcitur, ipſe inſanire videtur. Non eſt orthodoxum, reddere malum pro malo vel maledictum pro maledicto. Cæſarem nihil oblivıſci ſolere niſi injurias, Cicero dixit. Si condonatio injuriarum Reipublicæ utilis eſt, multo magis Eccleſiæ. Melior eſt, qvi vincit iram, qvam qvi capit civitatem. Per bonam famam probamur, utrum nos in ſuperbiam non extollamus, & per malam famam, utrum inimicos per qvos nobis injuria fit, diligamus. Ex utraqve parte vincendus Satanas.

§. 4. Qvemadmodum igitur de ira victa

ctâ orthodoxè triumphatur, & injurias patienter ferre ſumma gloria eſt, ſummaqve utilitas, ne ſuper iram occidat ſol, ne deſerat ipſam mentem Sol juſtitiæ: ita, verè Orthodoxus injuriam paſſus à Pſeudorthodoxo, corripere debet fratrem, Matth. 18, 15. Clamat Schelvvigius: *mihi medicas adhibere manus nec vacat, nec libet*, ſufficit eidem *contemtu NB. ulciſci*, calumnias eructare, & illos, qvibus reſpondere neqvit, reſponſi indignos dicere. Cur vero reſpondet calumniis & mendaciis, illis qvos tamen reſponſi indignos dicit? Erantne digni qvos primo refutare aggreſſus eſt publicis ſcriptis, qvos ad hanc usqꝫ horam multis ſcriptis aggreditur? Qvid audio? dignos judicat, qvos allatret continuò. Qvando vero iidem amicè reſpondent, probationem petunt, errores adverſariorum indicant, illicò reſponſi indigni facti ſunt. Profectò bis pueri ſenes. Hic mos puerorum eſt. Verba hæc impia ſenis ſunt, in qvo puerilis libido mentiendi, aliosqꝫ pueriliter vexandi non ſeneſcit. Orthodoxorum eſt, ad tollendum hunc morbum medicas adhibere manus, & neminem contemnere,

vel

vel reſponſi indignum judicare, omnium minime verò contemtu ulíſci. Qvando erga nos aliqvis peccat, habeamus magnam curam, non pro nobis, nam glorioſum eſt, injurias oblivíſci, pſeudorthodoxum autem, oblivíſci vulnera fratris. Pſeudorthodoxus Schelvvigius nobis injuriam fecit, & injuriam faciendo gravi ſe vulnere percuſſit: vulnus fratris non debemus contemnere. Hoc animo ſcripta eſt hæc veri nominis Orthodoxia, nec non Pſeudorthodoxiæ Reſutatio. Qvomodo ſalva charitate Chriſtiana negligere poſſumus, qvem videmus perire? Pejor eſt, qvi tacet, qvam qvi calumniatur. Componenda tamen lis eſt ſine rixa, ne adverſarius præ verecundia incipiat defendere peccatum ſuum. Schelvvigius ſeipſum ubiqꝫ laudat, merita & bona opera cum Buchero ante fidem & ſine fide crepat, alios vero more Phariſaico contemnit. Sicut autem malam conſcientiam non ſanat laudantis præconiũ, ita nec bonam vulnerat conviciantis opprobrium.

§. 5. Schelvvigius Pſeudorthodoxiæ convictus cum ad rem ipſam reſpondere

nihil

nihil poteſt, me ſervum Chriſti minimum adducere in odium ſtudet, ideoq; de vita mea fingit, qvicqvid in mentem venit, more omnium hæreticorum, v. Auguſt. Ep. 132. alleg. à B. in Apolog Præf. Qvemadmodum igitur Paulus ſæpius curriculũ vitæ ſuæ recenſet contra Pſeud-Apoſtolos, ita & veritatis cauſa id faciam contra Pſeudorthodoxos, qvo lux veritatis publicæ tenebras calumniarum diſpellat.

Poſtqvam Anno 1669. d. 14. Maji natus & per gratiam DEI renatus ſum, verè orthodoxos Præceptores mihi largiebatur divina bonitas, donec in ſtudiis Scholaſticis & Academicis enutritus, Magiſterii Philoſophici laurea coronatꝰ ſum Lipſiæ, Anno 1690. Qvo facto in Academia Lipſienſi Studioſos informavi per tres annos, usq; ad an. 93. variis ſub præſidio meo editis Diſputationibus Academicis, ubi & poteſtas data diſputandi pro Loco in Facultate Philoſophica obtinendo. Ab Anno 1693. usq; ad An. 1996. ſtudioſam juventutem inſtitui in Academia Hallenſi, conſtitutus ibidem Facultatis Philoſophicæ Adjunctus. Hoc anno, præter, imo contra voluntatem meam vocatus ſum in Pome-

ra-

raniam, qvo nunqvam veniſſem, niſi animus fuiſſet DEI voluntatem in omnib9 ſeqvi, reſiſtente licet voluntate mea. Vias DEI qvis novit? ego nutum DEI ſecutus, in terram mihi incognitam, ad populum ignotum profectus ſum. Eventus docuit, me à DEO vocatum eſſe ad propagandã veri nominis Orthodoxiam, nec non ad refellendam Pſeudorthodoxiam Matæologorum, præter omnem meam opinionem. Vix Pomeraniam ingreſſus eram, & ſtatim occaſio data videndi Pſeudorthodoxos. Fuerat Schelvvigius ante adventum meum Stargardiæ apud Dn. Superintendentem Generalem. Fuerat & Halæ, ubi eum vidi, fuerat apud Dn. Doct. Breithauptium, & Berolini apud D. Spenerum. In Muſæo Speneriano ſomnus ei obrepebat, apud Dn. Breithauptium ſimulabat magnam charitatem, ſed paulò poſt ſcriptis injurioſis non tantum Spenerum, cum qvo amicè locutus fuerat, ſubdolè aggreſſus, ſed & Dn. D. Breithauptium, alioſq; injurioſiſſimè tractavit. Talis mihi notus jam erat Schelvvigius, talem & Gedani cognovi, mollitiis fluentẽ, fallaciis decipientem. Miris geſticulatio-

nib9

nibus excipiebat hoſpites, Pſeudorthodoxe D. General. Superintendentem Pomeraniæ dimittebat, ut ſubſannatores ſolent. Vinũ ejus cum aliis Pſeudorthodoxis deliciis non erat ad palatum meum. Mirabatur ille meam abſtinentiam, ego vero ejusdem vanitatem. Cogitabam dictum Theologi cujusdam: *Theologos degeneraſſe in Politicos*. Vidi ibi & M. Büicherum, hominem temperamenti plane plumbei, lignei & Melancholici, ſenſibus ferè omnibus orbum. Vidi Gedani ea, qvæ Lutherus Romæ vidit, conf. Melch. Adam in vita Lutheri p. 104. vidi Pſeudorthodoxos ridendo gloriari de ſcurrilitatibus, calumniis & injuriis. Reverſus Stargardiam, eo ipſo anno 1696. ad Paſtoratum Joh. & Profeſſ. Theol. per gratiam DEI inſtitutus ſum. In Collegio publico inchoavi Codicem Ebræum qvem ſexta vice per DEI gratiam abſolvi, nec non Exegeſin Nov. T. Qvia fidẽ dederam Dno Conſuli Starg. more Anteceſſorum ſubeundi Promotionem Theologicã, inprimis propter Profeſſ. Theol. publicam, eam Anno 1698. ſolvi. Hac occaſione mihi liberum relictũ eſt, an velim ad reſtaurationẽ Eccl. Starg.

qvid

qvid colligere. Qvod Lipſiæ factum. Per veredarium autem publicum vectus, aliàs nullibi locorum commoratus ſum. Halæ libertatem colligendi à Dno Cancellario obtinere non potui, propterea qvod non erat mihi ſpeciale Reſcriptum Sereniſſ. & Potent. tunc Electoris, ad illuſt. Regimen Hall. ſine qvo nemini ibi hoc permittitur. Qvæ collegi, fideliter ſolvi, teſtante libro, cui omnia inſcripta, qvem posſideo, & ipſi Momo monſtrare paratus ſum. Redii bono cum DEO domum, & anno demum 1699. poſtqvam per qvatuor annos in Officio Eccleſiaſtico fueram, uxorem duxi B. Domini Superintendentis Generalis filiam. Liberrimum hoc & honeſtiſſimum matrimonium ægrè tuliſſe diabolum, ex invidia qvorundam apparuit. Mox circumferebatur maledicentia Bucheri, qvi Diſputat. meam inaugur. in ſcriptis contra Spenerum editis horrendis conviciis aggrediebatur. Schelvvigius qvoqve Diſp. eandem petebat in Diſputationibus, ex qvibus poſtea miſella ſynopſis conflata. Adeoqve ante edit. Synopſ. auditæ calumniæ Schelvvigii. Hiſce igitur Sycophantis in *Analogia fidei* reſpondi. Edidi qvoqve *utramqve Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ partem* contra Schelvv. & Bucherum. Tandem & *Synopſin veritatis divinæ & Theologiam verè Evangelicam*, nec non librum de *Diſcrimine veræ & falſæ Theolog.* Pſeudorthodoxiæ Schelvvigio Bucherianæ oppoſui. Succedit jam *veri nominis Orthodoxia* ex 1. Ep. ad Tim. & *Refutatio Pſeudorthodoxiæ Schelwigio-Bucherianæ*, cum Cenſura & Approbatione Illuſtris Regiminis Pomeraniæ. In poſterũ Deo volente plura.

VERI NOMINIS ORTHODOXIA, FIDELIUM ET PIORUM,

oppoſita

HETERODOXIÆ INFIDELIUM & IMPIORUM,

Per Exegeſin 1. *Epiſt. Pauli ad Timotheum demonſtrata.*

CAP. I.

§. 1.

PRima Epiſtola Pauli ad Timotheum ſcripta eſt ex Phrygia vel Macedonia, cum Paulus Timotheo verbi divini prædicationem in Eccleſia Epheſina commendaſſet, cap. 1. v. 3. Idcircò *verum Paſtoris Exemplar* proponit. Paulus enim non potuit ſtatim redire Epheſum, & Timotheus non erat diu ibi manſurus, conf. Act. 14. v. 12. c. 16. Idcircò & *Orthodoxia fidelium* & *Heterodoxia infidelium* deſcribitur. Inſcriptio eſt cap. I.

 v. I.

v. 1. 2. Propoſitio & Confirmatio c. 1. 3. ſq. Peroratio cap. 6. v. 20.

§. 2.

Scopus & Thema eſt *Orthodoxia* c. 4. v. 6. Nutrimentum ſermonis, fidei & bonæ doctrinæ & veræ pietatis cap. 6. v. 11. Orthodoxia veri nominis continetur in *vera gratia JESU Chriſti* cap. 1. v. 2. c. 6. v. 21 in vera *fide, charitate & ſpe.* Qvæ *Pſeudorthodoxiæ*, ſive falſi nominis Orthodoxiæ ibidem opponitur. Nam Orthodoxia nihil aliud eſt, qvam fides per charitatem efficax. Hinc veri nominis *Chriſtianus*, ſive fidelis, & veri nominis *Orthodoxus*, apud patres Eccleſiæ ſunt Synonyma. Unde Auguſtinus de vera religione §. 9. Tom. 1. Operum pag. 560. ſcribit: *Religio qværenda eſt apud eos ſolos, qvi Chriſtiani, Catholici vel Orthodoxi nominantur, i. e. integritatis cuſtodes & recta ſectantes.* Ergo Orthodoxus veri nominis non eſt, qvi non eſt veri nominis Chriſtianus ſive fidelis. Impius autem & infidelis non eſt integritatis cuſtos & recta ſectans, ergo non eſt Chriſtianus vel Theologus Orthodoxus, ſed Heterodoxus, ut patebit ex ſeqventibus.

§. 3.

§. 3.

Heterodoxia indicatur verbo ἑτεροδιδασκαλεῖν, aliter docere, cap. 1. v. 3. cap. 6. v. 3. contra qvam Heterodoxiam ſcripſit Apoſtolus hanc Epiſtolam, ut vitetur omne præjudicium & aberratio à *fide* c. 6. v. 10. c. 5. v. 21. Voluit igitur occurrere omni corruptioni & *fidei* & *vitæ*, c. 6. v. 20. Heterodoxia deſcribitur per *vocum inanitates & Oppoſitiones falſo nominatæ ſcientiæ*, qvam profitentes circa fidem aberrant. v. 21. Ergo *cognitio ſine fide, eſt falſò nominata cognitio*, ut Chryſoſtomus eleganter obſervat ad hunc locum. Hinc autem *Heterodoxia* & falſo nominata cognitio nihil aliud eſt, qvam conjectura, opinio, ſive Philoſophica, ſive Theologica, dum illi, qvi non habent fidem, qvâ creditur, dicunt, Theologiam poſſe eſſe *ſine fide*, qvi volunt haberi duces credentium, eorumq; magiſtri & domini, qvi prædicant Chriſtum οὐχ ἁγνῶς, non ſanctè Philipp. 1. v. 16. hoſtes crucis Chriſti, Philipp. 3. v. 18. Heterodoxi igitur ſunt, qvi fidem non habent, qvâ creditur, eamq; non docent, ſed humanas opiniones, ſuſpiciones, & phantaſmata, ſive ad evertendam verita-

 tem,

tem, ſive qvaſi ad eam defendendam, ſed ut ejus proditores. Nam Heterodoxum eſt, ſecundum Apoſtolum, eſſe ſine fide, qvâ creditur, ſine charitate & pietate. Magis Heterodoxum eſt, docere, hominem poſſe eſſe in gratia DEI, qvi ſine fide & ſub ira eſt, imo poſſe eſſe Theologum ſine fide. Infidelitas autem perfidia eſt, perfidi homines improbi & malitioſi ſunt, diffidentes & deſperantes ſuis rebus, diffiſi auxilio DEI, qværentes adjumenta pecuniæ, honorum & voluptatum hujus ſeculi. Hæ ſunt infidelitates in pſeudorthodoxis, contra qvos Apoſtolus hanc ſcripſit Epiſtolam.

§. 4.

In introitu v. *1.* Paulus ſe *Chriſtianum* & Theologum *Orthodoxum* probat, adeoq; exemplo ſuo docet, Orthodoxiam non eſſe opus naturæ, ſed *gratiæ, ordinationis*, imperii & delegationis divinæ, *ſecundum ordinationem DEI Salvatoris noſtri.* Hæc gratia DEI in converſione Pauli maximè conſpicua eſt, conf. c. *1.* v. *12.* ſq. Gratia eſt Salvatoris DEI, non hominis. Homo enim poſt lapſum non eſt integritatis cuſtos & recta ſectans, i. e. Orthodoxus,

ed ægrotus, præpoſterus & perverſus, ſpiritualiter mortuus, & maxime heterodoxus. Opus igitur habet medicinali *gratia Salvatoris DEI.* JESUS CHRISTUS *Dominus* noſter eſt, qvia merito ſuo nobis gratiam DEI acqviſivit, ut nos eſſemus opus & hæreditas ejus, adeoq; gratia DEI fundatur in merito JESU CHRISTI *Domini* noſtri. Emphatice dicitur, qvod in Chriſtum non tantum ſperemus, ſed qvod ipſe Chriſtus ſit ipſa *ſpes noſtra.* Ad Coloſſ. *1.* v. *27.* *Chriſtus in nobis ſpes gloriæ* dicitur, *ſecundum Evangelium gloriæ beati DEI, 1.* Tim, *1.* v. *11.* Hæc gratia veri nominis Orthodoxiam conſtituit, conſiſtens in donis ſanctificantibus, fidei, charitatis & ſpei, qvibus impii & infideles deſtituuntur, adeoq; non Orthodoxi, ſed Heterodoxi ſunt, & qvando Orthodoxiæ nomen ſibi tribuunt, Pſeudorthodoxi nominandi.

§. 5.

v. *2.* Paulus veri nominis Orthodoxiam docet exemplo *Timothei Germani filii NB. in fide.* Ergo fideles ſunt Germani Orthodoxi, infideles autem ſpurii, non Orthodoxi, ſed Heterodoxi, non recta ſed

perverſa ſectantes, non integritatis, ſed perverſitatis & falſitatis cuſtodes. Veri nominis Orthodoxia oritur *ex gratia, miſericordia & pace à Deo patre noſtro & Chriſto Jeſu Domino noſtro*, unde eſt integritatis & rectitudinis cuſtodia, i. e. Orthodoxia haud fucata. Notandum tamen eſt, qvod per gratiam non ſit intelligenda natura, litera, lex, doctrina externa, notitia literalis & naturalis illuminatio, ſed ſupernaturalis fidei accenſio, non in *ſapientia hominum* (qvalis eſt Pſeudorthodoxorum) *ſed in potentia DEI*, 1. Cor. 2. v. 5. (qvalis eſt Orthodoxorum)

§. 6.

v. 3. Paulus inſtitutione Timothei ad Miniſterium Eccleſiaſticum docet, verè Orthodoxos, i. e. fideles & pios Eccleſiæ miniſtros eſſe ordinandos ac inſtituendos, ut reſiſtant iis, qvi ἑτεροδιδασκαλοῦσι, *aliter ſ. beterodoxe docent*, extra ſcripturas & myſterium pietatis 2. Tim. 3. v. 16. Qvi ſunt impietatis cuſtodes & defenſores, perverſa ſectantes, infidelibus & impiis ſpiritualem & ſupernaturalem Orthodoxiam tribuentes.

§. 7. Ver-

§. 7.

Verſu 4. Heterodoxia deſcribitur, qvando infideles & impii, vanæ gloriæ & commodi proprii ſtudioſi, ut eruditi & eloqventes videantur, *attendunt fabulis & genealogiis, nunqvam finiendis*, adeoqve ſemper diſcunt, loqvuntur, docent, audiunt & plauſum hominum qværunt, ad *fidem* autem & abnegationem hujus ſeculi, adeoqve ad veram pietatem nunqvam perveniunt. Unde Characteres eorum ſunt qvæſtiones, diſputationes vanæ ac inutiles, rixæ & diſſidia. Notetur Emphaſis inter προσέχειν & παρέχειν, nam qvi attendunt inutilibus, præbent magis qvæſtiones, qvam *ædificationem DEI, qvæ eſt in fide*. Heterodoxi omnem Orthodoxiam in *qvæſtionibus* conſtituunt, qvibus magis ſtudent, qvam ædificationi, imo creſcentibus qvæſtionibus, ædificationem creſcere, heterodoxe docent. Hinc negligunt *ædificationem DEI, qvæ eſt per fidem*. Orthodoxum igitur eſt, abſtinere à qvæſtionibus inutilibus, & magis inhærere *ædificationi DEI, qvæ per fidem eſt*. Heterodoxum autem, qværere, diſputare, perorare &c. *ſine ædificatione DEI in fide*.

Maxime autem Heterodoxum, infideles & impios vocare Orthodoxos Theologos, eosqve defendere.

§. 8.

Verſu 5. *Finis* Orthodoxiæ veri nominis deſcribitur, qvi eſt *Charitas.* Rom. 13. v. 9. *ex puro corde, bona conſcientia & fide non ſimulata.* Ergo ſoli pii, puri corde, cuſtodes integræ conſcientiæ, ſectantes fidem non ſimulatam, veri nominis Orthodoxi ſunt; impii autem & infideles donis his ſanctificantibus deſtituti, ſunt Heterodoxi.

§. 9.

Verſu 6. deſcribitur *Heterodoxus, qvi aberrat à pietate, puritate cordis, integritate conſcientiæ & fide haud fucata, ac deflectit in* ματαιολογίαν ſeu *vaniloqvium* inutilium qvæſtionum ac diſputationum. Ergo omnes infideles & impii ſunt non tantum Heterodoxi, ſed etiam ματαιολόγοι. Qvicqvid ad amorem, bonam conſcientiam & fidem haud ſimulatam non facit, eſt vaniloqventia ſive ματαιολογία.

§. 10.

Verſu 7. docetur, Heterodoxos, ut homines naturales *titulis doctorum, profeſ-*

ſorum

ſorum, *paſtorum &c.* valde ſuperbire, qvia non docent ſecundum ordinationem DEI, nec Chriſtus in illis eſt, ut in Orthodoxo Paulo v. 1. ſed ſuæ voluntatis, voluptatis, ambitionis & avaritiæ motu & ductu volunt eſſe *legis Doctores*, legem naturalem & rationem valde urgent, naturam gratiam vocant, qva creati ſumus homines, adeoq; gratiam in natura qværunt. Tantam tribuunt poteſtatem naturæ, ut pietati auferant orationem. Cum Pelagianis docent, mentem rationalem eſſe gratiam, qva intelligere valeamus, facti ad imaginem DEI. Hinc eorum Theologia cum impiis & infidelibus eſt communis. Putant, ex natura eſſe juſtitiam, ita ut Chriſtus gratis mortuus. Theologiam Orthodoxam tribuunt infidelibus & impiis cum Socinianis, ſine converſione & regeneratione. Vide D. Calovii ſocinianiſmum profligatum, p. 675. Arbitrantur rationem poſt lapſum eſſe ſanã & legem ad gratiam DEI pertinere, qvod illam DEUS in adjutorium hominibus dedit.

§. 11.

Cum Pelagianis legem & doctrinam

gratiam vocant, & ipſum Chriſtum ut novum LegisDoctorem &Legislatorem conſiderant. His Heterodoxis acerrime eſt reſiſtendum, qvia docent, in eo conſiſtere gratiam adjuvantem, qvod DEUS docendo aufert ignorantiam, ut ſciat homo in operibus ſuis, qvid evitare, qvid appetere debeat. *Nam doctrina ſine adjuvante ſpiritu, eſt litera occidens, ſi non adeſt ſpiritus vivificans, hoc ipſũ faciens diligi, qvod foris ſcriptum lex faciebat timeri.* Vid. Auguſtin. de ſpiritu & litera Cap. 2. §. 4. & c. 19. Pelagius per literam vetus Teſtamentum tantum intelligit, qvando ad Cap. 2. v. ult. Ep. ad Rom. ſcribit: *Non ſecundum literam legis, ſed ſecundum Novum Teſtamentum*, ſed Auguſtinus de ſpiritu & litera §. 25. rectius ſcribit: *Litera prohibens peccatum, non vivificat hominem, ſed potius occidit, augendo concupiſcentiam & iniqvitatem prævaricatione cumulando, niſi liberet gratia, per legem fidei, qvæ in Chriſto Jeſu, cum diffunditur charitas in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum* Rom. 5. v. 5. *ut ſerviamus in novitate ſpiritus & non amplius in vetuſtate carnis.* Ibidem c. 6. 4. 6. *Apparet igitur, litera vetuſtatem, ſi deſit novitas ſpiri-*

tus, reos facere potius cognitione peccati, qvam liberare à peccato. Heterodoxi cum Pelagio Evangelicam gratiam ponunt in præmiorum legalium promiſſione, vid. Comment. Pelagii in cap. 5. Ep. ad Rom. *Ubi gratiam ponit in oſtenſione gloriæ futuræ, in manifeſtatione charitatis, in contemplatione beneficiorum divinorum, in demonſtratione & doctrina, non autem in regeneratione & novi cordis creatione.* Hinc Pelagius in cap. 2. Ep. ad Philipp. ſcribit: *Velle operatur in ſvadendo & præmia promittendo.* Hæc Heterodoxia & Rhetorica perſvaſio *ſine fide* divina, eſt promiſſio vitæ æternæ & legale beneficium ſine dono regenerationis. Hos omnes intelligit Paulus per legis doctores infideles.

§. 12.

Heterodoxi infideles & impii, etſi Theſin, ectheſin, Antitheſin & βεβαίωσιν &c. literaliter doceant, ipſi tamen *non intelligunt*, qvæ loqvuntur & de qvibus aſſerunt, ut patet ex v. 7. qvia ſunt *ſine fide.* Matth. 23. v. 23. Sociniani cum omnibus Heterodoxis docent, infideles qvoqve intelligere poſſe Scripturam ſpiritualiter, ut patet ex D. Juſti Feuerborn Anti-Oſto-

ro-

rodo, diſputatione 2. §. 3. p. 17. ubi ſcribit: *Liqvet, Oſtorodum non loqvi de literali S. Scripturæ notitia, ſed potius de ſpirituali &c. in qvo longe & procul abit à nobis, qvippe qvi docemus, qvod qvidem homines irregeniti qveant NB. absqve Speciali Spiritus S. gratia notitiam S. Scripturæ externam, hiſtoricam & NB. literalem adipiſci (id qvod teſtantur exempla Judæorum aliorumqve infidelium, nec non hæreticorum, ſacras literas ſcrutantium, earumqve externam corticem & literam perſpectam habentium, memorareqve ea & allegare ſcientium) Aſt non internam NB. Spiritualem, nempe ſalvificam γνῶσιν & fiduciam: utpote qvam Spiritus Sanctus per verbum divinum ſcriptum, prædicatum, ſtudioſeqve lectum & auditum in hominibus accendit.* Ibidem § 11. *Eqvidem externa & ſuperficialis verbi divini notitia etiam hominibus non renatis competit; Aſt illa non eſt ſpiritualis* &c. Heterodoxe igitur docent novi Scholaſtici, notitiam literalem eſſe ſpiritualem, probantes exemplo Phariſæorum, ſe ejusmodi legis doctores eſſe Heterodoxos. Propter notitiam literalem jactitant ſe *Duces cæcorum* Rom. 2. v. 19. ſq. Sed qvod ad ſpiritualem notitiam attinet,

qvam-

qvamvis *videantur ſibi aliqvid ſcire, nondum tamen qvicqvam cognoverunt, ut oportet ſcire* 1. Cor. 8. v. 2. cap. 15. 34. Ep. Judæ v. 4. & 10. 2. Cor. 4. v. 4.

§. 13.

Ex verſu 8. apparet, ſolos fideles & pios Orthodoxos, non autem Heterodoxos impios verum habere legis uſum. Nam Heterodóxi lege, litera, doctrina externa fruuntur, in ea acqvieſcunt, tanqvam in fine & ſummo bono. Scrutantur cum Phariſæis ſcripturas, & arbitrantur, ſe in illis habere vitam æternam, ad Chriſtum autem venire noluntJoh 5.40Se invicem illuſtrant voces eleganter poſitæ νόμος νομίμως, *lege legitime. Utuntur lege legitime* fideles, qvi ex lege peccata agnoſcunt, & *hujus pædagogia ad gratiam reqvirendam in Chriſto ſe duci patiuntur* vid. Auguſtin. de gratia Chriſti, contra Pelagium §. 10. Qvemadmodum igitur increduli in litera, ita fideles in Spiritu JESU Chriſti unice acqvieſcunt.

§. 14.

Regeniti non ſunt ſub lege v. 9. illis *lex* tanqvam grave onus non eſt *impoſitum*, non ſunt ſub condemnatione legis, nec ex-

exinde Juſtificationem qværunt, qvamvis lege legitime utantur, ad agnitionem peccatorum & ſecundum normam ejus actiones ſuas inſtituant. Sancti ſunt per gratiam Jeſu Chriſti, rectitudinis cuſtodes & verè Orthodoxi.

§. 15.

Ex verſu nono & decimo patet, impios eſſe ſub lege tanqvam ſub jugo. In fine v. 10. dicitur, qvod *ſanæ doctrinæ adverſentur*, adeoq; Heterodoxi ſint, hoſtes veritatis, qvæ eſt in Chriſto Jeſu. Obſervandum eſt in v. 10. & 9. qvod κεῖται & ἀντίκειται ſe invicem illuſtrent. Doctrina *ſana* dicitur, qva ſanatur natura, qvando ſub adminiſtratione Spiritus S. *fides* datur 2. Cor. 4. v. 13. qvando aufertur cor lapideum & datur cor carneum, ac DEUS facit filios & vaſa miſericordiæ, qvæ præparavit ad gloriam. Huic *internæ converſioni* cum Socinianis adverſantur omnes Heterodoxi, vid. Calov. in Socinianiſmo profligato p. 667. & Voſſium in Hiſtoria Pelagiana lib. 3. part. 2. p. 297. *Vera enim gratia ſi deſit, videmus etiam abeſſe doctrinam*, vid. Auguſtin. Epiſt. 217. Tom. 2. p. 611. §. 12. Impii *doctrinam malo ſuo audi-*

diunt, ſi non credunt, qvia auditores doctrinæ, ſine gratia DEI, pejores ejus efficiuntur inimici, Gal. 3. v. 21. 22. Auguſtin. ibid.

§. 16.

Verſus 11. connectendus eſt cum commate qvinto, poſitus poſt parentheſin 5. Verſuum. *Orthodoxia ex puro corde & conſcientia bona & fide non ſimulata* adeoqve vere Evangelica, *eſt ſecundum gloriam beati DEI*. Increduli & impii deſtituuntur gloria DEI, Rom. 3. 23. i. e. imagine DEI. In cordibus autem fidelium *luxit DEUS ad illuminationem cognitionis gloriæ DEI in facie Jeſu Chriſti. 2. Cor. 4. v. 6.* & transformantur à gloria ad gloriã 2. Cor. 3. v. 18. Hæc vera Orthodoxia eſt ex *gloria beati DEI*, ad *ſalutem* animarum, qva qvia deſtituuntur impii, maledicti ſunt.

§. 17.

Evangelium gloriæ beati DEI concreditum eſt Paulo, qvi per *gratiam* DEI *potens* & *fidelis* factus, v. 12. *Ideoqve in Miniſterium poſitus*. Hoc autem Miniſterio tantæ gloriæ, indigni plane ſunt infideles, cœci & ſurdi Eſa. 42. v. 19. Zach. 11. v. 16.

§. 18.

Natura non facit Orthodoxos, ſed He-

Heterodoxos, impios & *perſecutores*, ut videre eſt ex verſu 13. Tales omnes ſunt homines naturales, gratia deſtituti; Sola gratia Orthodoxos facit, ut patet v. 12. Paulus *miſericordiam aſſecutus eſt*, qvia *ignorans in ἀπιστίᾳ* fecit, non ſicut inepti legis doctores, qvi qvidem ignorantes ſunt certa ratione, aliqvando tamen crediderunt, ut ex v. 19. & 20. apparet, adeoqve non in eodem ſtatu, ut Paulus, ſed in majori periculo.

§. 19.

Paulus v. 14. 15. & 16. exemplo converſionis ſuæ veram Orthodoxiam in legitimo legis ac Evangelii uſu & agnoſcendam & exercendam & docendam inculcat, Rom. 5. v. 20. Hæc gratia regnat per Juſtitiam ad vitam æternam ſuperabundans cum fide & dilectione in Chriſto, hæc ſola Orthodoxos facit. Increduli autem & impii extra Chriſtum ſunt in furore & ira, gratiæ & veræ Orthodoxiæ non tantum expertes, ſed etiam hoſtes implacabiles.

§. 20.

Verſu 15. 16. & 17. fundamentum Orthodoxiæ vere Evangelicæ ponitur infal-

libile,

libile, in gratia *JESU CHRISTI, qvi in mundum venit, peccatores juſtificare, ſanctificare, glorificare* & hac ratione *ſalvare*, cujus viva agnitio eſt ex ſpiritu DEI, 1. Joh. 4. v. 2. Non enim intelligitur notitia & fides hiſtorica, qvalis impiorum & Diabolorum eſt, ſed *viva* et ſupernaturalis, à Spiritu S. producta, in vera peccatorum agnitione, exemplo Pauli, qvi *peccatorum principem* ſe ipſum vocat publicè, adeoq; *miſericordiam non adeptus* eſt propter bona opera, ſed ex ſola gratia divina.

§. 21.

Errant igitur novi Scholaſtici, contra v. 13. 14. 15. & 16. docentes: *bonam voluntatem in homine eſſe ante fidem*; Sociniani vocant *probitatem & docilitatem* ante regenerationem, qvorum nihil in Paulo fuit. Arminiani ſine gratia & fide *actiones moraliter & vere bonas eſſe*, non ambigunt, qvos recte refutat D. Calovius in Arminianiſmo p. 155. & 157. Ibidem §. 11. vindicat locum Rom. 14. v. 23. *qvicqvid non eſt ex fide, peccatum eſt*, qvem locum Arminiani depravarunt, docentes, per fidem hic tantum intelligi πληροφορίαν, reſpondet autem Calovius: *Si cum conſcientia erronea*

fuerit, peccatum ſit, multo magis conſcientia peccatis onerata nec fide purgata, Act. 15. v. 9. Qvomodo â peccatis immune eſſe poteſt, qvod à Corde proficiſcitur impuro ac perverſo? Matth. 12, v. 34. Si vere ac moraliter boni judicentur non ex Ethica Ariſtotelis, ſed ex Ethica potius Spiritus S. uti par eſt, dum nemo conceſſerit, NB. moraliter vereq; bonos fuiſſe gentiles legis & Evangelii notitiâ carentes, fideq; deſtitutos. Omnino enim ad actionem vere ac judicio Spiritus S. bonam reqviritur, tum principium ejusdem proprium, qvod eſt fides, qvæ ut Auguſtana confeſſio ex Ambroſio docet, NB. bonæ voluntatis & bonæ actionis genetrix eſt & virtutes qvascunqve parit, ſine qva impoſſibile eſt DEO placere Ebr. 11. v. 6. & qvæ videntur bona opera, in peccata vertuntur, dicente Auguſtino lib. 12. de Trinitate cap. 6. qvicqvid non eſt ex fide, peccatum eſt, inqvit Apoſtolus Rom. 14. tunc norma lex divina ceu regula voluntatis divinæ: Qvicqvid enim huic conſentaneum non eſt, peccatum eſt 1. Joh. 3. 4. tum finis & intentio bona, ut nempe fiat non propriæ gloriolæ captandæ ergo, ſed ob gloriam divinam, ſiqvidem finibus actiones judicentur, nec ſufficiat, ut qvomodocunqve legi naturæ aut rationi rectæ conſentaneæ ſint actio-

nes

nes, niſi bonum etiam habeant finem. Unde dici ſolet: bona opera non nominibus, ſed adverbiis ſunt dijudicanda. Intentio niſi bona ſit, qvomodo actio ipſa bona eſſe poteſt? Virtutes niſi ad DEUM referantur, non ſunt virtutes, ait Auguſtinus Lib. 15. c. 25.

§. 22.

Orthodoxia exemplo Pauli docet, nullam eſſe bonitatem in homine ante fidem, nullam delectationem ſpiritualem, nec hominem irregenitum eſſe in gratia, ſed ſub ira DEI. Mala arbor eſt homo ante fidem, qvæ non fert bonum fructum. Opera hypocritarum velut bona impediunt fidem: fides indignis datur, non ob bona opera & probitatem animi antecedentem, alias gratia ex lege eſſet & daretur ſecundum virtutem. *Fides bonam voluntatem efficit, adeoqve eſt conſeqvens converſionis.* Auguſtinus de gratia & libero arbitrio cap. 22. §. 44. *Suſpicentur homines qvalibet merita bona qvæ putant præcedere, ut juſtificentur per gratiam DEI, non intelligentes, cum hoc dicunt, nihil aliud, qvam ſe negare gratiam. Sed ut dixi, qvod volunt, de majoribus ſuſpicentur, de parvulis certent. Pelagiani qvid reſpondeant, non*

niunt, quorum nec voluntas ulla eſt in accipienda gratia, cujus voluntatis meritum præceſſiſſe putant. Idem Auguſtinus de ſpiritu & litera §. 57. ſcribit: *Gratia eſt, quam fides impetrat, ut poſſint hominis opera bona eſſe, quæ operatur fides per delectationem.* Contra novos Scholaſticos, reqvirentes cum Socinianis *bonitatem ante fidem*, ſcribit D. Calovius in Socinianiſmo profligato p. 678. *Utut etiam non renati qvandoqve audiant libenter præcones verbi, id tamen fit, vel ob externa bona, vel ob aliam qvamvis cupiditatem carnalem, exemplo Herodis,* Marc. 6. & 7. *Non autem ob affectum ergà verba DEI.* Idem D. Calovius ibidem probat: *Nullam eſſe bonitatem ante fidem, ex eo, qvia teſtantur exempla, multos converſos eſſe, in qvibus talis probitas & ſtudium faciendi DEO grata ante converſionem non fuerit, ut videre eſt in Exemplo latronis Luc. 23. v. 42. Centurionis ſub cruce, Matth. 27. v. 24 Sauli Act. 9. Præfecti Carceris Act. 16. v. 31. ut & in aliis, de qvibus negari haud poteſt, qvod ordinarie converſi fuerint, utpote in Judæis Feſto Pentecoſtes converſis Act. 2. v. 7. & 41. qvi nullum afferebant propoſitum vel ſtudium Chriſto adhærendi, & mota tamen corda ipſorum*

pir

per verbum, ut præter intentionem converterentur. Idem quoque in *Judæis converſis evenit, Act.3.v.11. c.4.v.4. quid? quod converſi fuerint nonnulli, de qvibus conſtat, qvod minime verbum DEI conſiderarint, ſed Apoſtolos ceu aliqvid novi annunciantes audiverint, vel etiam aliqvid aucupandi gratia auſcultarint Act.17. v.32. & 34. Cap.11. v.12.13. Adde, qvod nonnulli convicti fuerint per verbum de veritate Evangelii præter voluntatem, atqve ita ad Chriſtum converti potuerint, & qvandoqve converſi ſint, in qvibus certe talis probitas aut tale deſiderium vel ſtudium non dabatur Job.3.v.1. cap.12. v.42. Act.26.28.*

§. 23.

Exemplum Pauli ad *omnes* pertinere, ipſe Verſus 16. evincit, adeoq; hæc Orthodoxia in Pauli exemplo expreſſa eſt *omnibus credituris* in Chriſtum. Increduli & impii non ſeqvuntur hanc ὑποτύπωσιν, ideò exemplo Pauli non ſunt Orthodoxi, nec ſupernaturaliter, *ſpiritualiter* & *ſalutariter* illuminati, ſed cœci, vide cap. 5. §. 4. Idcirco Orthodoxia fidelium *ſalvat*, Heterodoxia autem infidelium damnat.

§. 24.

Vere Orthodoxi, accepta *vita fidei* in

qva vita *æterna*, *Regi vivo, immortali, ſoli ſapienti gloriam reddunt*, ut patet ex v.17. vere, non hypocritice, ut Pſeudorthodoxi, nondum per veram fidem ſalvati, qvi gloriam propriam etiam ſub prætextu gloriæ DEI qværunt turpiſſime.

§. 25.

Ex verſu 18. & 19. apparet, veri nominis Orthodoxiam commendandam eſſe omnibus Eccleſiæ Miniſtris. Hæc *bona Militia* eſt, cujus arma & decora, fides & conſcientia. *Fide* igitur dimicandum, ut *bona conſcientia* retineatur, nihil admittendum eſt ex concupiſcentia. Increduli & impii putant, qvod pro fide certare poſſint ſine fide. Arbitrantur fidem reperiri poſſe ſine exercitio fidei & pietatis. Heterodoxi autem ſunt non tantum illi, qvi nunqvam ad fidem pervenerunt, ſed illi qvoq;, qvi *circa fidem naufragium fecerunt* v. 19.

§. 26.

Heterodoxi cum *mali* ſint, non poſſunt non *maledicere*. Tantum abeſt, ut Apoſtolus eos ad miniſterium ordinarit & inſtituerit, ut potius *Satanæ eos tradiderit*. Videant igitur novi Scholaſtici hetero-

terodoxi, in cujus ſint poteſtate & cui tradendi. DEUS Ter Optimus Maximus adeo bonus eſt, ut malis etiam utatur bene, ad refrænandam impiorum maledicentiam.

§. 27.

Ex hoc capite I^mo & univerſa Epiſtola patet: *Dona adminiſtrantia ſpiritualia promanare ex donis ſanctificantibus*, adeoq; ſolis fidelibus, tanqvam corporis Eccleſiaſtici membris dari, Epheſ. 4. v. 7. 12. 16. 1. Petr. 4. v. 10. Propter dona ſanctificantia Paulo & Timotheo miniſterium Eccleſiæ eſt datum. De Paulo vid. v. 1. 12. 16. De Timotheo v. 2. 18. 19. Dona adminiſtrantia ſpiritualia tantummodo fidis hominibus competere, qvi eo in ſtatu ſoli ſunt idonei, ad alios qvoq; ſolerter ac plene docendos, patet ex 2. Tim. 2. v. 2. 2. Cor. 3. c. 4. c. 5. c. 6. Ubi c. 5. v. 12. conferatur cum v. 14. 16. 17. 18. c. 6. v. 3. 4.

Heterodoxi autem infideles & impii facti 1. Tim. 1. v. 6. 19. eo ipſo ματαιολόγοι ſunt, qvia docent, *dona adminiſtrantia ſpiritualia, poſſe ſeparari à donis ſanctificantibus, charitate & bona conſcientia.* Hinc attendunt falſæ doctrinæ, ſine *ædificatione in*

fide, i. e. ſine donis ſanctificantibus v. 4, 19. 20. Maledicentiam qvoq; exercent, jactitantes Spiritum S. ſine fide & charitate. Paulus autem accurate docet: dona *ſpiritualia adminiſtrantia absq; ſanctificantibus non dari*. 1. Cor. 2. v. 12. ſq. 2. Cor. 3. c. 4. c. 5. c. 6. Pernegat id Apoſtolus, miniſtros eſſe idoneos ex ſeipſis 2. Cor. 3. v. 5. & dona adminiſtrantia eſſe poſſe ſine ſanctificatione cordium. 2. Cor. 4. v. 6. 2. Cor. 2. v. 16. 17. Dona adminiſtrantia *naturalia à ſupernaturalibus & ſpiritualibus* diſcernenda ſunt, qvia utrorumq; indoles natura ſua diſcrepat. Dona adminiſtrantia *naturalia* impiis & incredulis concedimus, negamus cum Paulo ſpiritualia, qvæ ad effectum ſalutarem unice contendunt. Rom. 1. v. 11. 12. 1. Cor. 2. v. 13. 14.

CAP. II.

§. 28.

Capite ſecundo docet Apoſtol9, qvomodo *dona adminiſtrantia ex ſanctificantibus* oriantur, in ipſo fidei & charitatis exercitio ac ſanctificationis ſtudio, per preces & deprecationes. Nam adminiſtrare debet Timotheus Eccleſiam in ſtudio *precum*, qvæ ex fide & charitate adeoq; ex ſancti-

ſanctificatione oriuntur v.1. In *obedientia, pietate & honeſtate* v.2. ex *gratia* JESU CHRISTI v.5. & 6. propter qvam ſanctitatem in fide & charitate excitandam, inſtitutum eſt *miniſterium* Eccleſiaſticum v.7 ut *oratio ſancta* v.8. in humilitate, verecundia & bonis operibus v.9.10.11. omnesqve actiones naturales qvoq; & œconomicæ in *fide* fiant, in dilectione, ſanctificatione & caſtitate. Hi actus & habitus ſpirituales in adminiſtratione Eccleſiæ nonniſi ex ipſis donis ſanctificantibus oriuntur.

§. 29.

Probamus Theſin noſtram ex *ſcopo* donorum adminiſtrantium in Eccleſia. Miniſterium Eccleſiaſticum inſtitutum eſt, ut impii & infideles *convertantur* ad DEUM, & ad *obedientiam fidei* perveniant, converſi autem, fideles facti & pii, donis ſpiritualibus *ſtabiliantur* & contra tentationes varias muniantur inſtruanturqve: Hæc autem hominis converſio ad Chriſtum & ſtabilitio in Chriſto, initium adminiſtrandorum myſteriorum DEI, ſicut opus ſpirituale eſt, ita habitum ſanctificationis internum reqvirit in miniſtro Eccle-

 ſiæ

ſiæ, ut ipſe vitæ ſpiritualis vias experiatur 2. Petr. 1. v. 5. ſeq. 1. Tim. 3. v. 9. 10. 2. Cor. 4. v. 6.

§. 30.

Probavimus ſupra ad cap. 1. Epiſt. ad Timotheum, nihil ſpiritualiter boni in homine eſſe ante fidem, qvapropter ut dona adminiſtrantia ſint dona ſpiritualia, ſanctificatione i. e. fide & charitate opus eſt in ſingulis actibus & habitibus miniſterii Eccleſiaſtici v. 9. cap. 2. v. 1. *Oratio* noſtra, annon ex fide & charitate oritur immediate? Annon gemitus noſtri ſunt *voces Spiritus S.* qvibus mens ejus nobis pateſit? Rom. 8. v. 26. Zach. 12. v. 10. Qvomodo *deprecationes*, *obſecrationes*, *interpellationes & gratiarum actiones* inſtituere poteſt homo, ſpiritu Orationis, ſanctitatis, fidei, charitatis & ſpei deſtitutus, perfidia autem, odio DEI & proximi plenus, adeoqve Heterodoxus? Qvomodo impius Eccleſiæ miniſter, ipſe orationis ſpiritualis expers, ad ſpiritualem orationem alios manuducere valet?

§. 31.

Verſu 2. ſoli fideles veram *Magiſtratui* obedientiam præſtant, animoq; ſpirituali

pro

pro Regibus orant, futuris nutriciis Apoc. 21. v. 24. ut coërceantur Heterodoxi, vere autem Orthodoxi, *placidam ac qvietam vitam degant cum omni pietate & honeſtate.* An impii veræ pietatis hoſtes, pro pietate vere orant? Annon dona externè orandi, ex interna fidei & charitatis radice ſurgunt? An à Spiritu S. eſt, qvod à ſanctitatis radice non ſurgit, ſed è corde amaro & infernali aqva pleno?

§. 32.

Verſu 3. Qvemadmodum *bona opera*, ex fide oriunda, *DEO placent*, ita & piorum oratio, propterea qvod perſona ſancta & DEO grata eſt. *Sine fide autem impoſſibile eſt DEO placere.* Hebr. 11. Ergo miniſterium infidelium DEO diſplicet, placeret autem DEO, ſi à DEO eſſet. DEO enim nihil diſplicet, qvod à DEO eſt, qvia nihil mali à DEO eſt. Dona igitur infidelium, oratio & omnes actiones naturales ſunt, natura vitiata & commaculata, ut ſine fide DEO placere non poſſit. *Qvicqvid non eſt ex fide, peccatum eſt*, Rom. 14. v. ult. miniſterium impiorum non eſt ex fide, E. peccatum eſt, ambitione, avaritia & concupiſcentia vitiatum.

§. 33.

Verſu 4. Gratia DEI eſt univerſalis, qvia DEUS *omnes homines* vult *ſalvos fieri*, ideoq; medium ſalutis univerſale eſt, vult enim DEUS omnes *ad agnitionem verita-tis ſpiritualem* pervenire, qvæ in Chriſto JEſu eſt i. e. ad inſtaurationem imaginis divinæ, Col. 3. Epheſ. 4. Vult omnes converti, juſtificari, ſanctificari & glorificari. Propterea qvod *unus eſt DEUS* v. 5. omnium hominum, adeoqve nulla acceptio perſonarum, *unus* qvoqve *mediator DEI & hominum* omnium lapſorum Rom. 5. *Homo JESUS CHRISTUS*, *qvi dedit ſemet ipſum pretium redemptionis pro omnibus* v. 6. *in teſtimonium temporibus ſuis*; ut omnes credant Evangelio, Eph. 3. v. 10. In hunc *finem* inſtitutum eſt miniſterium Eccleſiaſticum, ut homines ſanctificentur per obedientiam *fidei*. In hoc Paulus qvoq; poſitus eſt præco & Apoſtolus, Doctor cum *fide* & *veritate* v. 7. adeoq; vere Orthodoxus i. e. fidelis & pius.

§. 34.

Verſ. 8. 9. ſeq. Apoſtolus donis adminiſtrantibus ex ſanctificantibus ortis, per ſancti Timothei miniſterium eandem

ſancti-

ſanctitatem virorum & mulierum excitat,in ſancto & indefeſſo *precum* ſtudio, *ſine ira & diſceptatione, cum omni modeſtia,caſtitate, pietate & ſtudio bonorum operum.* Qvomodo impius miniſter Eccleſiæ, mulieres garrulitate & ſuperbia vincens, earumq; ſervus abjectisſimus, qvi ut Adam primus à mulieribus decipitur, ſeducitur & obnoxius fit transgreſſioni v. 11. 12, 13. 14. qvi expers eſt gratiæ ſecundi Adami, & victoriæ ſpiritus ſupra carnem, qvomodo inqvam ejusmodi ſervus diaboli & mulierum, docere poteſt mulieres ſilentium & victoriam ſpiritus ſupra carnem, ita ut non ſit Chriſti proditor & heterodoxus ſeductor ?

§. 35.

Verſ. 15. Qvemadmodum *dona ſanctificantia* reqviruntur in Eccleſiæ miniſtris, ita qvoqve in ſingulis Eccefiaſtici corporis fidis *membris.* Non dantur actiones indifferentes, ut Pſeudorthodoxi docent, putantes, *generare liberos, edere, bibere, laborare* &c. eſſe adiaphora: Apoſtolus autem omnes etiam *naturales actiones à fide Chriſtianorum*, tanqvam fonte, imbui, ut omnes promanantes fluvii actionum,

indo-

indolem bonorum operum referant, clare exprimit. Salutis cauſa eſt fides, ordo autem bonorum operum exercitium. *Fidelis fœmina ſalvatur per generationem liberorum*, ut in ordine bonorum operum, non autem propter illa, ſed propter fidem, qva regeneratur, ſi manſerint (conf. Col. 1. v. 23. totum genus, ſive mater & liberi) in fide & charitate & ſanctificatione, non autem in prava concupiſcentia, ſed in caſtitate, cum continentia. Si igitur omnes actiones Chriſtianorum, aliàs qvoq; naturales, v.g. parere liberos, edere, bibere (conf. Col. 1.) imbuendæ ſunt fidei & charitatis ſanctitate, ſine ea autem peccatum ſunt, multò magis ad dona adminiſtrantia miniſtrorum Eccleſiæ reqviruntur dona ſanctificantia fidei, charitatis, ſanctitatis & continentiæ.

CAP. III.

§. 36.

Cap. 3. Paulus *ex donis ſanctificantibus adminiſtrantia deducit*. à verſ. 1. dona ſanctificantia Epiſcoporum & Diaconorum fidelium deſcribit, at v. 14. & 15. adminiſtrantia ex ſanctificantibus ita deducit, ut

ex-

exinde cognoſcat Timotheus, *qvomodo oporteat in Domo DEI verſari*, i.e. Eccleſiam adminiſtrare, ſecundum veritatem & pietatem. Hæc adminiſtratio fit ſecundum dona ſanctificantia in omnibus actibus & habitibus donorum adminiſtrantium, ita ut *adminiſtratio eccleſiaſtica* nihil aliud ſit, qvam *applicatio donorum ſanctificantium in exercitio officii publici, ad DEI gloriam & proximi utilitatem.* Inprimis hoc patet ex v. 5. ubi Apoſtolus à minori (ut loqvuntur) ad majus argumentatur: ſi qvis donis ſanctificantibus deſtituitur, qvomodo adminiſtrabit Eccleſiam Chriſti? ſi ne qvidem Chriſtianus eſt fidelis, qvomodo Miniſter Eccleſiæ? qvomodo Theologus verè Orthodoxus? Hæc enim differunt, ut majus & minus.

§. 37.

Verſ. 1. Apoſtolus ad *neceſſitatem donorum ſanctificantium* aſſerendam præmittit: *πιςὸς ὁ λόγος*, etſi reclamant *ματαιολόγοι*, eſt tamen *πάσης ἀποδοχῆς ἄξιος, dignus, qvi omni modo recipiatur.* conf. *1.* Tim. *4.* v. 9. Sanctificantia igitur dona ad miniſtri Eccleſiaſtici officium eſſe neceſſaria, ex v. 1. patet, qvia non alia ratione eſt appeten-

tendum, qvam ſub ratione *boni operis*. Ante fidem autem non niſi malum opus ex ambitione, avaritia, appetitu carnali, & prava concupiſcentia incredulus ſub prætextu ſancti muneris ὀρέγεται & ἐπιθυμεῖ. Contra, ubi fides & charitas, adeoq; homo internè vocatus, ibi *fidelis intelligit, qvæ ipſi à DEO collata ſint*, 1. Cor. 2. v. 12. Rom. 12. v. 2. 3. 6. Ex hoc amore DEI pullulat amor proximi, qvem ſi gratia ab amore ſui fideliter diſcernit, & reliqvorum donorum veſtigia cognoſcenda præbet, naſcitur exinde cum aliis bonis deſideriis & operibus ὄρεξις & ἐπιθυμία bona ad mun9 Eccleſiaſticum, propter gloriam DEI & animarum ſalutem. Cujus cupiditatis bonitas ex ſolius fidei & charitatis adeoq; donorum ſanctificantium uſu & exercitio in omni praxi Eccleſiaſtica eſt æſtimanda; concupiſcentia autem fide & charitate deſtituta, non niſi mala & peccatum eſt, etſi donorum adminiſtrantium fuco ſuperbiat, attamen hæc non niſi naturalia ſunt.

§. 38.

Id ipſum qvoq; apparet ex v. 2. ſeqq. Nam ut in veteri Teſtamento corporis, ita

ita in Novo Teſtamento *animi integritas* & ſanctitas neceſſaria eſt ad officium Eccleſiaſticum, ne qvid jure poſſit deſiderari. Incipit Apoſtolus â minoribus, notioribus, & in ſenſus magis incurrentibus à v. 2. 3. 4. & verſ. 5. ad majora argumentatur, qvia nemo in magno, qvam in parvo, in ſpiritualibus, qvam in corporalibus fidelior.

§. 39.

Reqviritur autem omnium virtutum habitus per crebras actiones acqviſitus, non tantum externe & hypocritice, ſed interne, ſincere, & ex ipſo ſpiritu potentiæ, charitatis & moderationis, 2. Tim. 1, 7. Hinc miniſter Eccleſiæ ſit *unius tantũ uxoris maritus*, & qvidem in Domino 1. Cor. 7, v. 14. 39. *Vigilantia, ſobrietas, modeſtia &c.* non niſi dona ſanctificantia ſunt, in interno continuo exercitio, contra inſidias ſpirituales. *Sobrius* non eſt, niſi qvi expeditus ſemper ad vigilantiam 2. Tim. 4, 5. 1. Petr. 5, v. 8. Σώφρονα dicunt, moderatum ſuis ſenſibꝰ animi & corporis. Κόσμιος eſt modeſtiæ & decoris ſpiritualis ſtudioſus, moribus pie compoſitis, hoſpitalis, egenorum & bonorum amans Ebr. 13, 2.

aptus & *promptus ad docendum* ex fidei & charitatis ſtimulo, adeoq; ex donis ſanctificantibus ad adminiſtranda myſteria pietatis idoneus. Fundamenta igitur donorum adminiſtrantium, ſunt dona ſanctificantia, *integritas & continentia*, ne ſit *vini & argenti cupidus*, vel *percuſſor*, *ſed æqvus*, *alienus à pugnis & avaritia*.

§. 40.

Adminiſtratio propriæ domus, gravis & conſtans *diſciplina*, *cura* neceſſariorum. c. 5. v. 8. contra peccata, Eph. 6, 4. Tit. 1, 6. ſqq. 1. Pet. 5, v. 2. non niſi ex donis ſanctificantibus oritur. Apoſtolus docet v. 5. & 6. hominem impium ſine donis ſanctificantibus, ne qvidem eſſe *patrem familias* ſpiritualiter bonum, *qvi domui ſuæ præeſſe*, & liberos cum fide & charitate ſubjectos in vera & ſpirituali humilitate educare poſſit: multo minus dari perfido ejusmodi homini dona adminiſtrantia in Eccleſia, ut in *domo DEI* v. 15. *diſpenſare* poſſit myſteria pietatis ad ædificationem in DEO per fidem & charitatem. Nam in Eccleſia DEI reqviritur major cura medicinalis Luc. 10. v. 34. 35. Nullus autem impius magis amat Eccleſiam, qvàm domum

mum ſuam. Nullus perfidus habet dona adminiſtrantia in domo DEI ſpiritualia, qvia œconomus ſit diſpenſator, in qva diſpenſatione maxime reqviritur, ut qvis ſit fidus, 1. Cor. 4, v. 1. 2. Fidelitatis autem fructus ex radice donorum ſpiritualium ſurgit, qvibus infideles deſtituuntur, ideoqve perfidi donis qvoqꝫ ſpiritualibus adminiſtrantibus deſtituti. Nam mercenariis oves curæ cordiqꝫ ſunt minime, nec cœcus cœcum ducere poteſt. Impius & infidelis, *ne qvidem adminiſtrare poteſt propriam domum, qvomodo igitur adminiſtrabit Eccleſiam Chriſti?*

§. 41.

Verſ. 6. Non tantùm illi ſunt arcendi à miniſterio Eccleſiaſtico, qvi omnibus donis ſanctificantibus ſunt deſtituti, adeoqve nondum converſi, ſed ipſi qvoqve νεόφυτοι, verè qvidem converſi, ſed recens Chriſto implantati. Hi cum Chriſto planta coaluerunt qvidem, conformatione mortis ejus Rom. 6. v. 3. 4. 5. peccato mortui, ibid. v. 2. Gal. 5. v. 24. 1. Cor. 6. v. 11. Tit. 3. v. 3. 6. adeoqve credentes facti mundum vicerunt, 1. Joh. 5. ſed nondum confirmati in demonſtratione ſpiritus & po-

tentiæ, adeoqve maximo in periculo verſantes, ne *inflati* in ipſius *diaboli incidant judicium.* Ubi enim donorum ſanctificantium habitus per crebras actiones nondum eſt acqviſitus, in perceptione myſteriorum pietatis, ibi multo minus dona adminiſtrantia ſine periculo internæ inflationis & ruinæ Eccleſiaſticæ exerceri poſſunt, Rom. 12. v. 3. 1. Cor. 1, c. 2. c. 3. c. 4. v. 6. c. 5. &c. dantur regeniti carnales adhuc 1. Cor. 3. v. 3. ſqq. perſvaſio propriæ ſapientiæ inflat etiam ſub cruce, & ad *perſvaſoriorum humanæ ſapientiæ verborum ſuperbiam animum inducit*; deficientibus igitur donis ſanctificantibus, decreſcunt adminiſtrantia, creſcit ſuperbia, & omne vitiorum genus, ædificatio autem decreſcit magis magisqve ac ejusmodi homo *incidit* in *Satanæ judicium* Apoc. 12, v. 10. Luc. 8, 13. à qvo occœcatus ab ipſo DEO deficit. Cum igitur Νεόφυτοι donis ſanctificantibus præditi, ſed in humilitatis exercitio nondum confirmati, ad miniſterium Eccleſiaſticum non ſint admittendi, ob rationem dictam periculi pleniſſimam: Qvid de impiis, infidelibus & lapſis cenſendum, qvi jam in poteſtate

ſunt

ſunt diaboli? An igitur omnes promiſcuè ſunt ordinandi & inſtituendi?

§. 42.

Verſ. 7. non tantum dona interna ſanctificantia ſunt neceſſaria, ſed etiam *vitâ externa inculpata* in Eccleſiæ miniſtro, ita ut neceſſarium qvoqve ſit *bonum Teſtimonium ab extraneis* ſive infidelibus, ne miniſter Eccleſiæ erga eos, qvi foris ſunt, ſit diſſolutus, petulans, immorigerus, phanaticus & contemtor eorum, qvi in dignitate & poteſtate ſunt. Alias diabolus excitat infideles ad opprobria, talisqve Miniſter ob conſcientiam proprii peccati tacet ad aliorum delicta, hacqve ratione in *laqveum diaboli incidit* 2. Tim. 2, v. 26. Si igitur Teſtimonium *externæ bonitatis* neceſſarium eſt ad miniſterium Eccleſiaſticum, ita ut ſine illo nemo Eccleſiam adminiſtrare poſſit, multo magis neceſſaria *eſt bonitas interna ac ſpiritualis*, qvæ non niſi ex donis ſanctificantibus, i. e. ex fidei & charitatis radice ſurgit.

§. 43.

Ne qvidem impii *Diaconi* admittendi ſunt, multo minus alii impii miniſtri. Diaconi ſint *compoſiti, non fallaces, non multo*

vino dediti, non turpiter lucri avidi, ſed tenentes myſterium fidei in pura conſcientia v. 8. &9. Ecce neceſſitatem donorum ſanctificantium tantam, ut ne qvidem Diaconi ſine illis adminiſtrare poſſint vel debeant Eccleſiam. His donis ſpiritualibus irregeniti plane deſtituuntur. Eſt enim fidei myſterium, naturæ lumini occultum 1. Cor. 2, v. 7. utpote ſecreta verbi operatio Luc. 7, v. 10. non tantum reqviritur *forma cognitionis* Rom. 2, v. 20. & *forma pietatis*, qvalis in impiis 2. Tim. 3, v. 5. ſed ipſum ipſius *fidei myſterium*, non modo in notitia articulorum fidei, ſed in *pura conſcientia* 1. Tim. 1, v. 19. c. 4. v. 2. 6. qvæ per fidem effecta à Spiritu S. pietas, in impios & infideles minime cadit.

§. 44.

Verſ. 10. Tantum abeſt, ut irregeniti donis ſanctificantibus deſtituti, ad Eccleſiæ miniſterium ſint admittendi, ut ipſi qvoq; *fideles* & ſancti, non tantum Diaconi, ſed & alii futuri miniſtri, juſto temporis ſpatio prius ſint *explorandi*: An myſterium fidei in *pura conſcientia conſtanter teneant*, adeoqve in donis ſanctificantibns ſint ſatis firmati & radicati, percipiendo fructum myſte-

myſteriorum divinorum; εἶτα, *deinde*, ſi inculpati ſint, qvoad dona ſanctificantia, adminiſtrent Eccleſiam, diſpenſando myſteria fidei in ipſa praxi Eccleſiaſtica, conf. 2. Cor. 8, v. 20.

§. 45.

Verſ. 11. In ipſis *fœminis* qvoqve & in omnibus Eccleſiæ membris dona ſanctificantia reqviruntur, *modeſtia*, *ſinceritas*, *ſobrietas* & *fides* in omnibus. Multo minus *impotentia lingvæ*, *ebrietas* & *perfidia* viros & miniſtros Eccleſiæ decet.

§. 46.

Verſ. 12. Si impii & infideles diaconi non poſſunt adminiſtrare Eccleſiam, utpote donis ſanctificantibus deſtituti, multo minus impii verbi miniſtri.

§. 47.

Qvi *bene miniſtrant*, bonitate fidei & charitatis moderantes ſuos ſenſus & affectus, juſti & ſancti, Tit. 1, v. 7. 8. ſubminiſtrantes in fide virtutem, in virtute ſcientiam, in ſcientia temperantiam &c. 2. Pet. 1. v. 5, 6, 7. illis non ſufficit bonum propoſitum & virtutis initium, ſed ad ſtatum habitualem perveniunt, per crebras actiones acqviſitum. Hic gradus bonus eſt

& multa libertas in fide, qvæ in Chriſto JESU. Tales miniſtri in percipiendis fructibus gratiæ fideles, & in diſpenſandis myſteriis ad aliorum ſalutem fidi, experiuntur donorum ſpiritualium incrementum & libertatem ſpiritualem tantam, ut dici poſſit *transformatio ad imaginem DEI, à gloria ad gloriam*, 2.Cor.3,17.18. E contrario, qvi non manent in Chriſto, *ſine eo nihil poſſunt facere*, Joh. 15. nec dona ſanctificantia, nec dona adminiſtrantia ſpiritualia habent.

§. 48.

Verſ. 14.15. Hanc donorum ſanctificantium culturam Paulus Timotheum docuit ideo, ut qvoad dona adminiſtrantia ſciat, *qvomodo oporteat in DEI domo*, DEO præſente, *verſari*, illamq; adminiſtrare, qvæ eſt *Eccleſia DEI viventis*, adeoq; non mortuos reqvirens miniſtros, Apoc. 3. ſed fidei ſpiritu vivificatos & donis ſanctificantibus bene exercitatos, ſiqvidem *columna & ſtabilimentum eſt veritatis ſecundum pietatem*, adeoq; non miniſtros mendaces & impios reqvirit, ſed in qvibus eſt agnitio veritatis, qvæ eſt ſecundum pietatem, Tit. 1, 1. 1. Tim. 6, 3.

§. 49.

Verſ. 16. Veri nominis *Orthodoxia eſt myſterium pietatis, omnium confeſſione magnum*, corruptæ autem rationi, adeoq; infidelibus & impiis occultum. DEUS (non myſterium) *manifeſtatus eſt in carne*, circumciſus DEUS,(non myſterium),*juſtificatus eſt in Spiritu* ſive divina natura, qvia ipſe Spiritus eſt *1.* Cor. 15. v. 45. ob nos factus peccatum, demonſtravit juſtitiam, unctus ſpiritu & juſtificatus propter nos, non amplius ſecundum carnem cognoſcendus, 2. Cor. 5, v. 16. ſpiritu colligit eccleſiam, *viſus angelis, prædicatus gentibus, cui fides habita in mundo, qvi receptus eſt in gloria.* Hoc veritatis, fidei & pietatis myſterium non niſi per dona ſanctificantia tenetur in pura conſcientia, non niſi per Spiritum S. ad corda aliorum applicatur in fide, qvæ in Chriſto JESU eſt. Infideles autem gratiam JESU Chriſti transferunt ad carnis laſciviam, retinentes formam pietatis, efficaciam ejus abnegantes, adeoq; non rectitudinis ſpiritualis cuſtodes, ſeu veri nominis Orthodoxi, ſed prava ſectantes, heterodoxi & ματαιολόγοι, donis ſanctificantibus & ſpi-

ritualibus adminiſtrantibus deſtituti, ut patet ex Cap. ſeqventi.

CAP. IV.

§. 50.

De Heterodoxia infidelium & impiorum, qvi donis ſanctificantibus deſtituti, de adminiſtrantibus gloriantur, adeoq; orthodoxiam ſimulant & heterodoxiam vivunt, agit cap. 4. cum qvo conferatur 2. Tim. 3. Orthodoxia eſt myſterium pietatis, vera fide apprehenſum, cap. 3, v. 16. adeoqve non niſi in homine fideli. Heterodoxia eſt vel ipſa infidelitas, vel Apoſtaſia à fide, Theologia ſine fide & pietate eorum, qvi attendunt impiis, pſeudorthodoxis, vel aperte vel ſimulate mendacium loqventibus, c. 4. v. 1. 2. ſeqq.

§. 51.

Verſ. 1. *Heterodoxiā infidelium* & impiorum certò futuram *Spiritus S. prædixit* diſertè Deut. 33. v 19. 21. Pſ. 110. v. 2. Pſ. 12. Pſ. 73. Pſ. 92. Pſ. 94. Pſ. 42. v. 5. Pſ. 55. v. 13. Cantic. 5. v. 1. 26. 27. Hoſ. 10. c. 11. v. 1. Dan. 12, v. 7. 8. 9. Joel. 3. Mich. 7. v. 11. Habac. c. 2. & 3. Zach. 5. c. 11. 14. c. 13. 7. Hi omnes prædixerunt cum Chriſto & Apoſtolis, qvoſdam

dam eſſe *à fide diſceſſuros poſterioribus temporibus.* Notandum tamen, non omnes, ſed *qvosdam* eſſe diſceſſuros, qvorum Apoſtaſia non impediet ultimorum temporum felicitatem, nec regnum Chriſti, propterea qvod perfidia qvorundam, DEI & multorum fidelium fidem tollere poteſt minimè. Accedit, non ſimpliciter ultima tempora indicari, ſed tantum *poſteriora*, hæc vero extabant Apoſtoli tempore, 2. Theſſ. 2, v. 7. 1. Joh. 2. v. 18. & ſtatim poſt Apoſtolos, Act. 20. v. 29. 30. Hanc ipſam ob cauſam Heterodoxa infidelium Theologia prædicta eſt per Prophetas, Chriſtum & Apoſtolos, ne omnes deficiant, ſed impiorum matæologiæ os obſtruatur.

§. 52.

Operæ pretium eſt, ſingula verba Apoſtolica accuratè conſiderare. *Apoſtaſia à fide eſt*, qvando qvis plane negat, fidem eſſe neceſſariam ad Theologiam, ut Theologia vera & ſpiritualis eſſe poſſit *ſine fide*, nec non illuminatio ſpiritualis *ſine fide.* Apoſtaſia qvoqve à fide eſt, qvando qvis deficit à *vera fide* ad falſam, & falſam veram vocat, qvo ipſo infidelis

redditur,

redditur. Hæc Apoſtaſia à vera fide extat in Concilio Tridentino, Seſſione 6. c. 28. *Fides vera eſt, licet non ſit viva.* Ibidem. *Qvi ſine fide charitatem habet, eſt Chriſtianus.* Ibid. Seſſione 6. c. 15. *Fideles ſunt fornicarii, adulteri, molles, maſculorum concubitores, fures, avari, ebrioſi, maledici, rapaces &c.* Hæc eſt notitia ſimplex Scholaſticorum & Pontificiorum, *notitia ſine fide*, qvam hodie docent qvoqve novi Scholaſtici, qvorum Apoſtaſia à fide prædicta eſt ab Apoſtolo.

§. 53.

Attendunt infideles Spiritibus impoſtoribus ac doctrinis dæmoniorum, ubi enim non eſt vera fides & DEI charitas, ibi regnat prava concupiſcentia, qvæ non tantum à fide & pietate abducit, ſed ea qvoqve docet, qvæ pravæ placent concupiſcentiæ. Mendacium enim contra veritatem fidei & pietatis eſt. Theologia igitur impiorum & infidelium, qvi falſitate & injuſtitia delectantur, deſtituitur donis ſanctificantibus, ac propria eſt apoſtatarum à DEO, & aſſeclarum diaboli.

§. 54.

Ex v. 2. apparet, Pſeudorthodoxos Ortho-

Orthodoxiam *ſimulare* & heterodoxiam vivere, utpote hypocritæ Pſeudorthodoxi. Dona *naturalia* vocant *ſpiritualia*, ſimulant demonſtrationem potentiæ & ſpiritus, naturam pro gratia habent. Hinc impiis & infidelibus gratiam tribuunt in actu operationis. Qvæ ipſa doctrina Pelagiana Pontificiorum & novorum Scholaſticorum eſt. Concilium Tridentinum Seſſ. 6. canone 9. *Si qvis dixerit, ſola fide impium juſtificari, ita ut intelligat nihil aliud reqviri, qvod ad juſtificationis gratiam conſeqvendam cooperetur, & nulla ex parte neceſſe eſſe, eum ſuæ voluntatis motu præparari atq; diſponi; Anathema ſit.* Ibid. Cap. 15. *Mortali peccato non amittitur fides, ſed accepta juſtificationis gratia.* Ibid. can. 28. *Si qvis dixerit, amiſsâ per peccatum gratia, ſimul & fidem ſemper amitti, Anathema ſit.* Hæc ipſa qvoqve eſt gratia Pelagiana novorum Scholaſticorum, qvam impiis & infidelibus tribuunt.

§. 55

Mendacium hoc Pſeudorthodoxum, eſt *gratia* Pelagiana multiplex *ſine fide* & regeneratione, v. g. creatio, lex naturalis & revelata, revelatio externæ doctrinæ, adju-

adjutoria externa bonæ voluntatis, vid. Auguſtin. Tom. 10. lib. 1. Operis imperfecti. p. 696. Falſa gratia eſt *notitia doctrinæ ſine fide*, vid. Auguſtin. de natura & gratia cap. 40. *Cognitio ſine dilectione*. vid. Auguſtin. Tom. 10. p. 312. *Intelligentia* veritatis ſine pietate, *exemplum* Chriſti ſine fide, vid. Auguſtin. Epiſt. 188. p. 529. Tom. 2. Hæc falſa gratia eſt qvoqve Arminianorum, vid. Calovii Arminianiſmum p. 37. Gratia Pelagiana ſine fide eſt *revelatio Scripturæ*, vid. Auguſtin. de gratia Chriſti contra Pelagium §. 3. & 45. Hæc igitur novorum qvoqve Scholaſticorum ματαιολογία & *Apoſtaſia à fide* prædicta eſt ab Apoſtolo. Qvidam enim hodie docent, impiorũ Theologiã ſpiritualiter eſſe veram, imo ſupernaturaliter & ſalutariter. Hinc impios illuminatos, & actiones irregenitorum theologicè *indifferentes* vocant. Hi myſteriũ iniqvitatis propugnant cum omni deceptione injuſtitiæ in iis, qvi pereunt, qvod *dilectionem veritatis non receperunt*, in hoc ut ſalvi fierent, qvi *non crediderunt veritati* (& Theologiæ fidelium) *ſed approbaverunt injuſtitiam*, i. e. infidelium & impiorum ματαιολογίαν 2. Theſſ. 2. v. 7.

10.

10.*12.* Abnegant Chriſtum, dona Spiritualia ſimulant, in corde autem habent abnegationem veritatis, qvæ ſecundum pietatem eſt. Hinc fidem docent ſine charitate, & libertatem à peccatis in peccandi vertunt licentiam. E contrario autem bonitatem & illuminationem ſpiritualem, imo ſupernaturalem Theologiam irregenitis tribuunt, ante fidem & ſine fide.

§. 56.

Cauterio notatam habent conſcientiam. Conſcientia non utuntur, ſed illa oppreſſa, exſecta & abjecta eſt. Fide enim & bona conſcientia repulſa, *circa fidem naufragium fecerunt* c.*1.* v.*19.* Ideo infidelibus, impiis, brutis & induratis veram, ſpiritualem, ſalutarem ac ſupernaturalem illuminationem & Theologiam Orthodoxam tribuunt cum donis adminiſtrantibus, etſi conſcientia, concupiſcentia, ſophiſmate &c. ut gangræna exuſta. Ipſos Atheos officinam Spiritus S. vocant, concupiſcentiam & actiones ſolius delectationis gratia peccatum eſſe cum Pontificiis negant, in Concilio Trident. ſeſſ. 5. num. 5. *Concupiſcentiam, qvam aliqvando Apoſtolus peccatum appellat, ſancta Synodus decla-*

declarat, Eccleſiam Catholicam nunqvam intellexiſſe peccatum appellari, qvod vere & proprie in renatis peccatum ſit. Novi autem Scholaſtici ſuperant Pontificios errando & docendo, *actiones ſolius delectationis & concupiſcentiæ gratia inſtitutas, ne qvidem in irregenitis eſſe peccata.* Hinc actiones *moraliter ac verę bonas* eſſe non ambigunt, etiamſi *non* proficiſcantur *ex fide*, qvos refutavit Calovius in Arminianiſmo p. 155. & 157. ſcribens: *Qvomodo à peccato immune eſſe poteſt, qvod à corde proficiſcitur impuro ac perverſo? Mala arbor fructus bonos ferre non poteſt. Qvomodo poteſtis bona loqvi, cum ſitis mali.* Matth. 12, v. 34. *Non enim eſt fructus bonus, qvi de charitatis radice non ſurgit. vid. Auguſtin. de litera & Spiritu num. 26. Non ſunt boni, qvi non ſunt filii DEI,* Auguſtin. Tom. 10. p. 427. num. 35. *bona voluntas nihil aliud eſt, qvam charitas*, Auguſtin. de gratia Chriſti c. 21. ubi autem charitas, ibi fides. Novi igitur Scholaſtici, docentes bonum eſſe hominem ſine charitate & fide, concupiſcentiam irregenitorum non eſſe peccatum, abnegant Chriſtum, DEO diſplicent, diabolo placent. vid. Calovium in Arminianiſmo

nianiſmo p. 156. & ibid. §. *11*. Non enim eſt ante fidem initium gratiæ in homine. vid. Auguſtin. de litera & ſpiritu cap. *2*. §. 5.

§. 57.

Conſcientia eorum *cauterio reſecta* i. e. nulla eſt, qvi peccata ſua non agnoſcunt, qvi gloriantur, irregenitos qvoqꝫ ſine fide & charitate bona opera peragere poſſe. Hos autem refutat Auguſtinus de gratia Chriſti §. 27. *Ubi non eſt dilectio, nullum bonum opus imputatur, nec recte bonum opus vocatur, qvia omne, qvod non eſt ex fide, peccatum eſt, & fides per dilectionem operatur. Joh. 15. v. 5. Sine me nihil poteſtis facere, conf. Auguſtin. contra Epiſtolas Pelagii lib. I. §. 7. Ante fidem non bona, ſed mala opera ſunt in homine, qvia eſt ſub poteſtate tenebrarum.* Coloſſ. 1. v. *12*. Auguſtinus Tom. *2*. Operum p. 610. epiſt. *217*. Calovius in Socinianiſmo profligato p. 667. Qvid? qvod diabolus aliqvos infidelium, per qvos amplius decipere affectat, ſinit habere nonnulla, velut opera bona, in qvibus laudantur per qvasqꝫ gentes, præcipueqꝫ in gente Romana, qvæ præclare glorioſiſſimeqve fecerunt. Sed qvoniam omne, qvod non eſt ex fide, peccatum

eſt, Rom. 14. v. 23. Ebr. 11, v. 6. nihil ſic agit hic princeps, qvam ut non credatur in DEUM, nec ad Mediatorem, à qvo ſolvuntur opera ejus, credendo veniamus. Vid. Auguſtin. Epiſt. 217. Tom. 2. p. 611. Nam bona voluntas fidem non præcedit, ſed ſeqvitur.

§. 58.

Verſ. 3. & ſeq. oſtendit Apoſtolus, qvomodo Pſeudorthodoxi à gratia fidei, ad *legalem* ματαιολογίαν deflectant, de qvo diximus ſupra ad v. 7. c. 1. Neſciunt judicare actionum moralitatem ex fide & incredulitate. Negant peccatum eſſe, qvod non eſt ex fide. Neſciunt opera piorum ex fide orta bona eſſe, Deoq; placere. Actiones irregenitorum Theologice indifferentes vocant, è contrario damnant fideles, qvi creaturis utuntur cum gratiarum actione. Extra hominem in objecto peccatum eſſe putant, in ſubjecto autem idem negant, idcirco actiones impiorum indifferentes vocant. Hinc libidini datur occaſio, & fruitio creaturarum ſolius delectationis gratia, non tantum pro peccato non habetur, ſed etiam libertas Chriſtiana dicitur. Scortatio pro mi-

nori

nori peccato habetur, qvam *conjugium fidelium*, ut videre eſt apud Pontificios. Hi fructus ſunt Theologiæ infidelium, 1. Cor. 7. v. 38. Matth. 19. v. 12. Dan. 11. v. 37. *Abſtinentia à cibo* ſine fide, pro bono opere habetur, qvia bonitatem ante fidem & ſine fide dari, docent ματαιολόγοι. Spiritus S. autem docet: fideles, qvi cognoverunt veritatem, cum gratiarum actione uti poſſe creaturis ad DEI gloriam, non autem frui, adeoq; omnes actiones ex fide ortas eſſe bona opera, & qvicqvid non eſt ex fide, eſſe peccatum. Rom. 14.

§. 59.

Datur lex operum in Chriſtianiſmo ſine fide, qvæ ipſa doctrina eſt Pſeudorthodoxorum hujus temporis, qvam olim in Pelagianis refutavit Auguſtinus de ſpiritu & litera c. 13. v. 21. *Cito qvisq; dixerit legem operum eſſe in Judaiſmo, legem autem fidei in Chriſtianiſmo &c. ſed fallit iſta diſcretio. Lex factorum dicit: Non concupiſces; Lex fidei dicit: Non concupiſces; Qvod operum lex minando imperat, hoc fidei lex credendo impetrat. Illa dicit: Non concupiſces, Exod. 20. v. 17. Iſta dicit: Cum ſcirem, qvod nemo poteſt eſſe continens, niſi DEUS det, &*

hoc ipſum erat ſapientia, ſcire, cujus eſſet hoc donum, adii Dominum & deprecatus ſum, Sapient. 8. v. 21. Jac. 1. v. 17. Ideo jubet lex, ut admoneat, qvod faciat fides. Phariſæus Luc. 18. v. 11. qvanqvam DEO gratias ageret pro iis, qvæ habebat, nihil tamen petebat, dari ſibi, tanqvam nihilo indigeret. Lex operum eſt litera, lex fidei Spiritus, gratia gratuita. NB. Qvicunqꝫ eſt ſine lege fidei, eſt ſub lege operum, qvi vero dicit, illum ſub gratia eſſe, qvi ſub lege operum eſt, ille legem vocat Evangelium; aliud annunciat Evangelium & Anathema eſt. Nam Evangelium annunciat gratiam fidei, per charitatem efficacis; Novi autem Scholaſtici gratiam docent ſine fide & charitate. Ergo legem, naturam & opera pro gratia obtrudunt.

§. 60.

Cum *ex fide omnis actio dijudicanda*, & in eo Orthodoxiæ ratio verſetur, hac de re fratres commonefacere debet orthodoxus Eccleſiæ miniſter, enutritus in ſermonibus fidei bonæqꝫ doctrinæ, i. e. adminiſtrare debet Eccleſiam in omnibus actionibus, etiam circa conjugium, cibū, potum &c. docendo, omnia ex fide orta, ſancta,

ſancta, Deoq́ grata & accepta, ita ut ſit ipſe *enutritus ſermonibus fidei*, inde paſcens ſe & oblectans 1. ad Theſſ. 2. v. 2. Hæc autem dona adminiſtrantia, ex fide dijudicare actiones, inſtituere membra Eccleſiæ ad fidem, eaq́ enutrire ſermonibus fidei, animo fideli & fide enutrito, non niſi ex donis ſanctificantibus oriuntur, i. e. ex ipſa fide, qva deſtituti irregeniti, jejuni, macilenti, imò cœci & mortui in ſpiritualibus, veris donis adminiſtrandi carent omninò, qvia, ut Apologia Auguſtanæ confeſſionis loqvitur, *impii doctores deſerendi ſunt*, propterea qvod *non ſunt ſervi JESU CHRISTI, ſed Anti Chriſti.*

§. 61.

Infidelium & impiorum Theologia vere *fanatica* eſt, v. 7. cujus *profana & aniles fabulæ* rejiciendæ: Orthodoxia autem veri nominis eſt *exercitium ſui ipſius ad pietatem. v. 7.* Orthodoxus ſibi attendens, recedit à malo, habitum contrahit in bono per crebras actiones, & ex theſauro ſanctitatis adminiſtrat Eccleſiam.

§. 62.

Verſ. 8. Dona adminiſtrantia naturalia, *corporalis exercitatio*, Rhetorica, cultura

rationis ſ. Logica, Metaphyſica, Ethica, Politica; omniaq; alia externa *parum habent utilitatis*, exinde enim nec dona ſanctificantia, nec dona ſpiritualia adminiſtrandi oriuntur. Dona vero *ſanctificantia ad omnia ſunt utilia*, qvæ *promiſſiones habent vitæ præſentis* in donis adminiſtrantibus, ac *futuræ*, in fruitione DEI perfecta ſeu ſalute æterna. Pietas eſt donum ſanctificans, & ratio utilitatis pleniſſima in omnibus; inde enim dona adminiſtrantia *hujus vitæ*, Col. 1. v. 27. 28. 29. 1. Theſſ. 5. v. 23. Vita præſens ſpiritualis eſt ipſa gratia, qvæ conſervatur in veræ pietatis exercitio; *Vita eſt, DEUM cognoſcere*, Joh. 17. v. 3. & ſecundum voluntatem DEI recte operari, qvod ſine lætitia fieri non poteſt, in qva conſolatio, moderatio paſſionum, amplificatio regni DEI, *vita longæva in terra*, Epheſ. 6. v. 3. *Qværentibus regnum DEI & juſtitiam ejus adjicientur omnia*, Matth. 6. v. 33. adeoqve & dona adminiſtrantia. Fructus pietatis perſeveraturus eſt in perpetuum, ideoq; in pietate ſ. donis ſanctificantibus omnis *utilitas*.

§. 63.

Verſ. 9. πιςὸς, *fidelis ſermo* fidelem homi-

minem reqvirit. Verbum ex DEO, dignum eſt, ut recipiatur *fide divina* â Spiritu S. producta. Impii & increduli autem DEUM faciunt mendacem, nec verbo ejus fide divina credunt, ideoq; principium Orthodoxæ Theologiæ, i. e. Scripturam Sacram fide divinâ non habent,

§. 64.

Verſ. 10. Εἰς τοῦτο, propter hunc *finem* promiſſum, ut promiſſa accipiant, fideles *laborant*, *probris afficiuntur* & injurias patiuntur, *qvia in DEO vivente ſpem habent fixam*, nulla probra ipſis eſſe nocitura, propterea qvod eſt ſervator omnium hominum, maxime fidelium. Hæc Orthodoxia nonniſi in regenitos cadit, impii autem ſpe & fide carentes Heterodoxi ſunt. Impii certe non laborant & injurias patiuntur animo, gratia imbuto; ſed impatientes ſunt, timidi, ſegnes, Apoſtatæ, adeoq; donis ſanctificandi & adminiſtrandi ſpiritualibus deſtituti.

§. 65.

Verſ. 11. Vera doctrina & dona adminiſtrantia ſpiritualia nituntur ſpe, fide & patientia, qvibus præmiſſis addit demum Paulus: *Hæc præcipe & doce.* Adeoqve

adminiſtrantia dona, ut fructus ſeqvuntur arborem.

§. 64.

Verſ. 12. Dona ſanctificantia tantam in adminiſtratione officii habent efficaciam, ut ipſa qvoqve natura ſanctificetur, & qvod naturæ deeſt, adſit per gratiam. Propterea ne qvidem *juventus* ſanctificata eſt *deſpicienda*. Pſ. 119. v. 9. 2. Tim. 3. 15. Juventus impia caret donis adminiſtrandi, utpote ludibrio expoſita. Nam qvivis audet impia & ſtulta facere coram juvenibus impiis, & ipſorum exemplo alii peccare diſcunt. Qvando autem in juvene ſunt dona ſanctitatis, Eccl. 12. v. 1. exinde dona adminiſtrandi oriuntur, qvæ non tantum authoritatem conciliant perſonæ, ſed efficiunt qvoqve, ut talis vere Orthodox9 miniſter Eccleſiæ ſit *Typus ſeu forma fidelium in ſermone*, qvi eſt imago animi. Epheſ. 4. v. 29. Jacob. 3. v. 2. verus & utilis ad ædificandum proximum, ut primus charitatis fructus; non autem falſus & inutilis, qvalis in impiis Pſeudorthodoxis. Fidelis autem Miniſter eſt qvoq; Typus fidelium in *converſatione*, *ſeu* ratione vivendi & adminiſtrandi pia, honeſta,

ſta, divina, in *dilectione* bonorum omnium, & in Spiritu S. 2. Cor. 6. v. 6. ſeu Zelo, orationibus & ſuſpiriis. In *fide* ac conſtantia in periculis, Hebr. 11. *in puritate*, ac omnis impuritatis fuga 1. Joh. 3. v. 3. | Jac. 1. v. 27. Hæc omnia in incredulos, impios & impuros non cadunt, adeoq; hi Heterodoxi, ſpiritualibus donis deſtituti, carent qvoq; adminiſtrandi donis ſpiritualibus.

§. 67.

Verſ. 13. 14. 15. 16. Officium veri Orthodoxi miniſtri Eccleſiæ erga ſe ipſum & erga alios, conſiſtit in *recognitione* Col. 3. v. 16. Deut 31. v. 21. In *exhortatione* Hebr. 6. v. 18. 1. Cor. 14. v. 3. Rom. 12. v. 7. 8. In *doctrina* cum pura conſcientia 2. Tim. 1. v. 6. 7. 1. Tim. 1. v. 18. Luc. 22. v. 66. Act. 22. v. 6. In *exercitio* & ſtudio perpetuo, ut *profectus* ſit perpetuus *in omnibus*, adeoqve ædificatio cum omni cognitione in ſtudio ſanctitatis abundet, Dan. 12. 2. Pet. 1. Ut *ſibi ipſi attendat, & doctrinæ*, confirmando ſe in veritate, adeoqve *ſalvando ſeipſum & eos, qvi ipſum audierint*. Hi ſunt fructus veræ Orthodoxiæ, qvib9 infideles carent. Matth. 25. v. 26. utpote negligentes & doctrinam & gratiam, adeoqve fruſtra do-

centes, Rom. 2. v. 18. ſqq. περίεργοι, aliud agentes, ſibi & aliis indulgentes ſegneſcere; variantes, cauponantes & falſantes verbum DEI, gratiam abnegantes, ſcandala præbentes, ſeipſos & auditores ſuos ad exitium deducentes æternum Pſ. 1. v. ult.

CAP. V.

§. 68.

Dona adminiſtrantia ex ſanctificantibus oriri, toto capite qvinto Apoſtolus prolixe evincit. Officium miniſtri Orthodoxi erga *ſeniores*, i.e. ætate majores, item erga Principes & capita populi eſt, ne *ſævius* eos *objurget*, ſed *adhortetur ut patres, juniores ut fratres: Mulieres natu grandiores, ut matres: juniores ut ſorores cum omni caſtitate.* En dona ſanctificantia ut radices, ex qvarum fructu ſurgant dona adminiſtrandi Eccleſiam! Annon charitas & honor omnibus habendus etiam in correptione neceſſarius, intuitu ætatis Lev. 19. v. 32. Annon longanimitas erga peccatores & caſtitas, dona ſanctificantia ſunt? Annon ſecundum hanc ſanctitatem Eccleſia ſancta adminiſtranda? qvomodo impii ſuperbia, avaritia & libidine ebrii,

geſtu,

geſtu, habitu, oculis, manibus, congreſſu, ſermone, riſu, jocis, animo & lingvâ, vita & moribus Eccleſiam adminiſtrabunt? *gratiam DEI transferunt ad laſciviam*, vid. Ep. Jud. v. 4. *Chriſtum Dominum abnegant, carnem polluunt, Dominos ſpernunt, in poteſtate præditos maledicta congerunt*, ibid. v. 8. *viam Caini & Bileami ingreſſi*, v. 11. (ad qvos hodie tanqvam ad fratres ſuos provocant) *inter ſe convivantes, absq; ullius timore, ſuopte ductu arbitrioq; viventes* v. 12. *murmuratores, qveruli, juxta concupiſcentias ſuas ambulantes, qvorum os loqvitur tumida, admirantes perſonas utilitatis gratia* v. 16. *illuſores ultimi temporis*, v. 18. *animales, ſpiritum non habentes* v. 19. qvibus fideles opponuntur, v. 20. & ſqq. dona eorum adminiſtrantia, qvæ ſimulant, detegit Petrus Epiſt. 2. c. 2. v. 3. *per avaritiam factitiis ſermonibus de vobis negotiabuntur, qvi carnem ſeqventes, in concupiſcentia pollutionis ambulant, ac dominationem contemnunt, audaces, præfracti &c.* v. 10. *oculos habentes plenos adulterii, qvi à peccando ceſſare neſciant* v. 14. *ſecuti viam Balaami*, qvem illuminatum vocant, et verum Theologum, cujus exemplo im-

pi-

pios omnes defendunt v. 15. ideoqve *redarguendi ab animali ſubjugato muto, qvod prohibuit dementiam Pſeudorthodoxi*, v. 16. & hodie prohibet ſtultitiam eorum, qvi Theologiam veram, ſpiritualem & ſupernaturalem, nec non illuminationem ſalutarem impiis tribuunt.

§. 69.

A. v. 3. adminiſtratio officii Eccleſiaſtici circa curam *viduarum* non niſi ex dono ſanctitatis derivatur ſumme neceſſario. *Honor viduarum* v. 3. qvi non in verbis tantum, ſed in ſublevatione conſiſtit v. 16. non niſi ex radice fidei & charitatis ſurgit. *Δοκιμασία* ſpiritualis probandi, *qvæ verè viduæ ſint*, non niſi ex ſtudio renovationis naſcitur, Rom. 12. v. 2. 1. Joh. 4. v. 1. ſq. Dona ſanctificantia neceſſaria ſunt in miniſtris Eccleſiæ, ut & domum propriam c. 3. v. 5. & Domum DEI, i. e. Eccleſiam ibid. v. 15. pie & ſancte adminiſtrare diſcant. Qvi enim propriam Domum ſancte adminiſtrare non poteſt, qvomodo adminiſtrabit Eccleſiam DEI, qvomodo liberos viduarum ad DEUM manuducere poteſt?

§. 70.

Verſ. 5. Si illa *vere vidua eſt, qvæ ſola, qvæ ſoli*

ſoli DEO adhæret, ſperat in DEO, & perſeverat in obſecrationibus ac precationibus nocte dieq; 1. Cor. 7. v. 32. ſqq. i. e. qvæ donis ſanctificantibus inſtructa; ergo & ille ſolus verè Eccleſiæ miniſter eſt, qvi ſanctus eſt. Hoc argumentum â minori ad majus, ut loqvuntur, eſſe ipſam DEI veritatem, ex cap. 3. v. 5. patet.

§. 71.

Verſ. 6. Si vidua, qvæ in *deliciis verſatur*, genio & voluptatibus indulgens, *vivens mortua eſt*, propterea qvod DEUS in ea non vivit, & motus ejus non niſi verminatio cadaveris eſt, multo magis miniſter Eccleſiæ, in qvo DEUS non vivit illuminando, fidem, ſpem, lætitiam ſpiritualem non accēdendo: in qvo è contrario regnat concupiſcentia, mala conſcientia & horror, qvi cum viduis in voluptatibus vivit, pecudibus mortuis eſt deterior, Pſ. 49, 21. Eph. 4. 18. Vivus Pſeudorthodoxus, mortuus heterodoxus.

§. 72.

Finis doctrinæ in Eccleſia, & donorum adminiſtrantium, eſt Eccleſiæ ſanctificatio, ut ſit *irreprehenſibilis*, nec ſerviat concupiſcentiæ, ſed fidem factis probet; ergo ipſi

ipſi miniſtri Eccleſiæ ut ſint irreprehenſibiles, neceſſe eſt.

§. 73.

Verſ. 8. Si vidua charitate deſtituta erga familiares ſuos, *fidem abnegavit*, & *eſt deterior infideli*, qvi ſæpius externè bene proſpicit; multo magis impius Eccleſiæ miniſter, qvi Eccleſiæ ſuæ non proſpicit, fidem abnegavit, & eſt infideli deterior, ſæpe qvoqve donis adminiſtrandi & proſpiciendi externis deſtitutus.

§. 74.

Verſ. 9. Non niſi ſancta vidua eſt eligenda, qvæ v. 10. dicitur *omni opere bono aſſidua*. Multo magis non niſi ſanctus miniſter Eccleſiæ eſt ordinandus, impius enim ut in viduarum electione eſt præpoſterus, ita in omni Eccleſiæ adminiſtratione eſt perverſus.

§. 75.

Verſ. 10. 11. ſeq. Si *juniores viduæ* rejiciendæ ſunt, qvando ſunt *laſcivientes contra CHRISTUM*, καταςρηνιάζοντες τȣ̃ χριςȣ̃, conf. Apoc. 18. v. 3. 7. 9. ideoqve ſine integra conſcientia ad Chriſti ignominiam nubere volunt, deſerto Chriſtianiſmo, *primam fidem* modeſtiæ *rejicientes* v. 12. *otioſæ, garrulæ* v. 13. &c. conf. Prov. 7. v. 11. 2. Tim.

3.

3. v. 6. adeoqve inſtituendæ ſunt, ut *cum pietate nubant* & pie vivant &c. multo magis laſcivientes Eccleſiæ miniſtri rejiciendi ſunt, qvorum levitas, petulantia, diſſolutio, garrulitas &c. ad S.S. miniſterii ignominiam clara & aperta eſt. Qvomodo autem laſcivientes miniſtri laſcivientes viduas, garruli garrulas, otioſi otioſas, cœci cœcas, ſine animarum damno & Chriſti ignominia ducere poſſunt?

§. 76.

Verſ. 15. Actiones infidelium non ſunt indifferentes. Non ſunt adiaphora: nubere, otioſum eſſe, circuire domos, curioſum eſſe, & loqvi, qvæ non oportet; Qvicunqve enim non agit ex fide divina, is non eſt in ſtatu medio, ſed à DEO deflectit, eoqve ipſo *Satanam ſeqvitur*, qvare non poteſt non male agere & peccare.

§. 77.

V. 16. E contrario, qvicqvid homo fidelis ex fide agit, in rebus qvoqve externis, v. g. *viduis neceſſaria ſuppeditando*, id bonum opus eſt, ex fide & charitate ortum, *ut ne oneretur Eccleſia, & iis, qvæ veræ viduæ ſunt, ſuppetat.*

§. 78.

Verſ. 17. Adminiſtratio Eccleſiæ circa cu-

curam presbyterorum non niſi ex animi ſanctitate deducitur. Impius inflatus eſt c. 6. v. 4. *non cognoſcens* eos, qvi bene præſunt, imo impios defendit, qvaſi bene præſint, *nemini honorem* exhibet, vid. Col. 2. v. 23. avarus eſt, victu & amictu, qvo honorandi prebyteri, eosdem privat, c. 6. v. 8. Homo autem ſanctificatus non tantum ſanctos agnoſcit, ſed eos qvoqve honorat, qvia operarius dignus eſt ſuo alimento, Matth. 10. v. 10. adeoqve in regeneratione & ſanctitate hæc qvoq; adminiſtrandi dona fundantur. Multo magis reqviritur ſanctitas ad verbi divini notitiam, applicationem & diſpenſationem ſpiritualem.

§. 79.

Verſ. 19. Honor miniſterio Eccleſiaſtico omnino eſt exhibendus, qvare Conſiſtoria & magiſtratus Politici qvoqve notent, *adverſus presbyterum accuſationem non eſſe admittendam, niſi ſub duobus aut tribus teſtibus.* Cum enim ipſum gentilium jus, contra neminem accuſationem admittat ſine his teſtibus, non niſi ille, qvi Gentilibus eſt deterior, idipſum denegare poteſt Eccleſiæ miniſtris. Impius au-

autem neminem honorat, Coloſſ. 2. v. 23. ideoq; ineptus eſt ad hoc judicium Eccleſiæ adminiſtrandum.

§. 80.

Verſ. 20. Elencho publico impii peccant omnes, tacentes ut canes muti, qvando peccata ſerpunt in communionem, et privatas admonitiones non admittentes efficiunt, ut alii ſimiliter peccent.

§. 81.

Verſ. 21. Ineptitudo irregenitorum in adminiſtratione Eccleſiæ potiſſimum elucet ex *præcipitatione judicii*, i.e. decreto ante cognitionē cauſæ & ex *propenſione animi* ex odio & amore carnali, qvibus effectibus peccant infideles & impii omnes; qvare non niſi ſanctificati recte Eccleſiam adminiſtrare poſſunt. Timotheus regenitus erat, attamen tanta *adjuratione* opus fuit, ut ea ſervet, videntibus DEO, Domino JESU CHRISTO, & electis Angelis. Increduli autem DEUM, Chriſtum & Angelos præſentes non credunt, idcirco ſecundum deſideria concupiſcentiæ Eccleſiam adminiſtrant peſſime.

§. 82.

Verſ. 22. Si *manus nemini cito imponenda*, etſi ſit regenitus, ſed νεόφυτος, multo

minus aperte impius & infidelis ad miniſterium Eccleſiæ eſt admittendus. Cur autem non eſſet ordinandus, ſi dona ſpiritualia Eccleſiam adminiſtrandi haberet? Jam autem nullus eſt ordinandus, niſi fidelis & conſtanter pius, adeoqve probandus, ut cap. 3. deſcribitur. Feſtinatio autem ex ſocordia & cupiditate, eſt peccatum, multo magis peccatum eſt ordinatio illorum, qvi aperte impii ſunt. Si enim peccatis alienis communicat, qvi νεόφυτον ordinat, multo magis qvi irregenitum. Non tantùm cœcum animal DEO offert, qvi irregenitum ordinat ad miniſterium, ſed ipſum peccatum impiorum recidit in autorem ſuſcipiendi miniſteriũ. Exinde intelligitur, majus adhuc peccatum eſſe, impios vocare ſpiritualiter illuminatos, illos ut veros miniſtros & Theologos defendere, pios vero & fideles perſeqvi ac interficere.

§. 83.

Verſ. 22. 23. Dona ſanctificantia præmittit Apoſtolus donis naturalibus circa diætam, pathologiam, Hygieinen & Therapeuticen. Medicinam non eſſe præferendam Theologiæ, ſed dona ſanctifi-

cantia naturalibus, inde patet, qvia ante omnia *ſanctitati*, poſtea demum *ſanitati* ſtudendum eſt. Seipſum *purum ſervat*, qvi expers eſt culpæ, 2. Cor. 7. v. 11. Apoc. 2. v. 2. Qvi ſolo DEO fruitur, is demum rectè utitur creaturis. Non fruebantur creaturis miniſtri verbi primitivæ Eccleſiæ, ideò aqvam bibebant, ut monendi eſſent, ne ſuam negligerent ſanitatem, ſed uſibus Eccleſiæ ſervarent. Ut omnium creaturarum, ita & vini abuſus maximè vitandus eſt, c. 3. v. 8. Eſa. 5. 6. Abutuntur autem vino & omnibus creaturis, qvi iis fruuntur, adeoq; ſolius delectationis gratia edunt, bibunt, vivunt, agunt. Impii abutūtur mundo, qvia eo fruuntur, idcirco ne qvidem diætam obſervare & ſanitatem conſervare, aut corpus proprium adminiſtrare poſſunt ſufficienter. Qvomodo igitur adminiſtrabunt Eccleſiam, qvæ eſt corpus Chriſti? Si in naturalibus rebus non dantur vires integræ, & ſanctificati externas qvoqve actiones gratiæ DEI ſubjiciunt & ſecundum eam omnes actiones ſuas inſtituunt, qvomodo impii in ſpiritualibus Eccleſiam adminiſtrare poterunt, ita ut DEO placeant?

 Phyſi-

Phyſiologia in cognitione principiorum naturalium, pathologia in morbis eorumqve cauſis dijudicandis, Semiothices in ſignis morborum diſcernendis, Hygieines in conſervatione ſanitatis, & Therapeutices, ſeu methodus medendi, apud illos eſt ſufficienter, qvi DEO fruuntur, creaturis utuntur. Dona igitur ſanctificantia utilia ſunt & ad hanc & ad futuram vitam.

§. 84.

Verſ. 24. *Δοκιμασία* ſpiritualis probandi ſpiritus 1. Joh. 4. v. 1. in adminiſtratione Eccleſiæ neceſſaria, non niſi ex donis ſanctificantibus fluit. Inde enim dijudicandi *Epicuræi* in ſtatu ſecuritatis viventes, v. 24. qvia ne qvidem pietatem ſimulant, qvib9 nullo modo man9 imponendæ, qvi omnibus modis ab Eccleſia arcendi. *Hypocritæ* autem ſub lege conſtituti, peccata qvidem agnoſcunt, confitentur, cum iis dimicant, & pietatem ſimulant, ſed à peccatis vincuntur, utpote nondum regeniti, idcirco iis fides non habenda, manus non imponendæ, ſed ab officio publico arcendi ſunt. *Similiter dona ſanctificantia*, regeneratio, fides, charitas, *manifeſta*,

Matth.

Matth. 5. v. 14. *& ea quæ ſecus habent, occultari non poſſunt.* Qvamvis igitur homo non ſit καρδιογνώστης, attamen ex fructibus de arbore judicari poteſt, modo feſtinatio ex cupiditate, judicii ſinceritatem non adulteret.

CAP. VI.

§. 85.

Verſ. 1. Adminiſtratio Eccleſiæ in diſcernendis hominib9 bonis & malis, ex ſancta obedientia, humilitate ac charitate, adeoqve ex donis ſanctificantibus oritur, ut patet ex v. 1. & 2. Hæc enim doctrina & exhortatio, qvæ nominatur v. 2. fit cum precibus & obſecrationibus ſecundum *humilitatem ſervorum* v. 1. erga Dominos honorandos, qvia regnum Chriſti non extingvit jura ſuperiorum in inferiores, nec politiam abolet, ſed eam ſanctificat, DEUS enim eſt DEUS ordinis, adeoqve ordinem tollit irregenitorum malitia, non autem fides regenitorum. Impii doctrina fidei abutuntur ad ambitionem, & libertatem Evangelicam in peccandi vertunt licentiam. Hinc illorum proprium eſt, nemini ſubeſſe, neminem honorare, vid. Coloſſ. 2. Ubi vero ſunt dona

ſanctificantia, ibi abuſus Evangelii locum non invenit. Qvi enim cum CHRISTO regnat, Magiſtratui libenter ſubeſt, maxime fideli. Non tollunt ſe invicem, dominum eſſe, & fidelem eſſe. Non tollit fides dominium, ſed ſanctificat. Qvo majora igitur dona ſanctificantia, eo melior adminiſtratio Politiæ, eo melius regnum, eo major obedientia, eo purior doctrina circa Locum de Magiſtratu politico, conf. Ebr. 11, v. 26. Col. 3, v. 24. Ubi autem non ſunt dona ſanctificantia, ibi nil niſi Tyrannis, inobedientia, ſimulata humilitas, i. e. adulatio, fraus, violentia, bellum, falſa doctrina, ſeductio, regnant, dominantur, imperant. Magis inſerviendum eſt dominis fidelibus & dilectis, qvi beneficentiæ participes ſunt. Bona Reipublicæ adminiſtratio ex fide oritur, & Reſpublicæ piorum ac fidelium, præferendæ ſunt impiorum & Pſeudorthodoxorum cœtibus & rebellionibus.

§. 86.

Verſ. 3. 4. 5. deſcribitur Pſeudorthodoxia infidelium & impiorum. Dicitur ἑτεροδιδασκαλία ſ. Heterodoxia, *qvæ non eſt ſecundum fidem & pietatem*, adeoqve homi-

minem *non ſanat*. Hæc Theologia impiorum eſt, qvibus manus non imponendæ. Hi enim *non attendunt ſanis ſermonibus Domini noſtri JESU CHRISTI*, unici Doctoris, Matth. 23. v. 8. qvia exinde non ſanantur, ſed in morbo et morte incredulitatis & malitiæ perſeverant. Hinc inſanis qvoqve & maleſanis i. e. infidelibus & impiis veram Theologiam tribuunt, etſi exinde non ſanentur. Verba JESU CHRISTI ſana, ſanant morbum peccati, qvæ ſanitas eſt hominis ſanctitas, DEI & proximi charitas, cum reliqvis donis ſanctificantibus omnibus. Gratia JESU CHRISTI, ſi doctrina dicenda eſt, ita dicatur cum Apoſtolo, ut ſit ſecundum pietatem, gratia medicinalis, hominem ſpiritualiter ægrotum ſanans, fidem accendens, ac donis ſanctificantibus hominem ungens, tanqvam oleo ſpirituali, ut homo ſanatus i. e. ſanctificatus & ad imaginem DEI renovatus, DEO inſervire & Eccleſiam adminiſtrare qveat. Heterodoxi autem non attendentes ſanitati & pietati, impiis autem & inſanis non tantum dona adminiſtrandi ſpiritualia, ſed veram qvoqve ac ſpiritualem Theologi-

am tribuunt, qvare Apoſtolus eos refutat v. ſeqq.

§. 87.

Verſ. 4. Impius & infidelis, qvi ſe Theologum vocat, τετύφωται inflatus eſt, non gratia Spiritus S. ſed fumo & ſuperbia plenus. Dona, qvæ impii ſpiritui S. adſcribunt, propter qvæ volunt videri Orthodoxi & Spiritu pleni, ea Apoſtolus tribuit ſpiritui ſuperbiæ i. e. Diabolo. Conf. Jac. 2. Hæc potiſſimum qvoad *voluntatem.* Ad *intellectum* impii qvod attinet, Apoſtolus dicit: μηδὲν ἐπιςάμενος, *nihil ſciens.* Habet tantum *ſcientiam falſi nominis*, de qva agitur v. 20. i. e. *ſcientiam ſine fide*, v. 21. non autem ſcientiam ſupernaturalem & ſpiritualem, qvæ ad dona adminiſtrandi ſpiritualia omnino reqviritur. Qvomodo enim Eccleſiam vel *docendo* ſaltem *ſpiritualiter* adminiſtrare poteſt, qvi *nihil ſcit?* ſcilicet *ſpiritualiter.* Homo qvi non fit ſpiritualis i. e. fidelis & pius, *non poteſt ſpiritualia* ſpiritualiter *dijudicare*, & ne qvidem *cognoſcere*, 1. Cor. 2. 14. 15. multo minus diſpenſare. Cognitio mere hiſtorica & diabolica Jac. 2. v. 19. qvalis impiorum, & cognitio ſine fide, item fides ſine operibus,

ribus, v.26. eſt qvidem ſecundum literam aliqvo modo vera, Rom. 2. v. 18. 20. non tamen ſenſu ſpiritus, qvi unice verus & proprius verbi divini eſt, 1. Cor. 8. v. 2. 3. cap. 15. v. 34. Tales Heterodoxi erant filii Eli, filii Belial, qvi *non agnoſcebant Jehovam* 1. Sam. 2. v. 12. *qvi DEUM profitentur ſe ſcire, factis autem negant*, Tit. 1, v. 16. adeoqve *ad cognitionem veritatis pervenire non poſſunt*, 2. Tim. 3. v. 5. ſqq. Matth. 21. v. 30, 31. Luc. 18. v. 21. 22. Joh. 14. v. 12. Qvomodo adminiſtrabunt Eccleſiam illi, qvi demonſtratione ſpiritus & potentiæ ſunt deſtituti, qvi *cauponantur ſermonem DEI*, 2. Cor. 2. v. 17. c. 4. v. 2. & nihil ſciunt?

§. 88.

Ægritudo opponitur ſanitati ex verbis ſanantibus. Fides habet oculos ſuos, qvibus qvodammodo videt verum eſſe, qvod nondum venit. Idcirco DEUS fidem qværit, non *qvæſtionem*. Infideles autem movent qvæſtiones non finiendas, & vita eorum finitur ſine fide. Cum tamen nonniſi *fide* ad certam *ſcientiam* perveniatur. Conf. Auguſt. Tom. 8. p. 115. Fidem enim *intelligentia* ſeqvitur, ibid. Tom. 2. p. 259. Non ſufficit doctrina

 ſine

ſine fide, qvæ ἑτεροδιδασκαλία eſt, ſed doctrina ſanans reqviritur, i. e. charitatem & fidem accendens. Ægrotat, qvi caret fide, charitate, lætitia bonæ conſcientiæ, nauſeans, fluctuans, titubans, cum faſtidio & incertitudine omnia tractans. Sine fortitudine veritatis divinæ, adeoqve ſine donis ſanctificantibus non veræ Eccleſiæ adminiſtratio & ædificatio datur, ſed destructio, dubitatio qvæſtionum, & diſputatio circa verborum pugnas. Hæc eſt Heterodoxorum Theologia Polemica, ex qva naſcitur invidia, contentio, maledicentiæ, ſuſpiciones malæ, ſupervacaneæ conflictationes. Ecce qvomodo lupi adminiſtrent oves, fures theſauros! Homines mente corrupti, an ſunt illuminati? an illuminatio mentem corrumpit? Hi Heterodoxi pietatem qvidem laudant, ſed impiè, exiſtimant enim, qvæſtum eſſe pietatem. Pro bonis operibus ſperant terrenam felicitatem, ideoqve impii ſunt, vid. Auguſtin. Tom. 4 p. 131. His lupis pelle ovina tectis manus non ſunt imponendæ, nec agnoſcendi pro fratribus, Rom. 16. v. 17.

Digitized by Google

§. 89.

Verſ. 6. 7. 8. Theologia pia unice ſpiritualiter vera, ut *quæſtus ſatis magnus* deſcribitur, conf. Phil. 4. v. 11. 12. qvia DEUS habitat cum omni benedictione cœleſti in animo & corpore ſua ſorte contento.

§. 90.

Verſ. 9. Qvemadmodum in animo fidelium cœlum eſt, ita infidelium animus eſt infernus, propter *voluntatem diteſcendi*, in qva regnat diabolus. *Vincula* Satanæ, qvibus impios captivos ducit, ac triumphum de illis agit, ſunt *cupiditates multæ*, in qvas *incidunt* illi, qvi volunt diteſcere. Hanc pravam voluntatem ſeqvitur *ſtultitia* intellectus, ideoqve Apoſtolus *cupiditates* vocat *ſtultas & noxias*. Ergo infidelium intellectus non eſt illuminatus, qvia impietas in voluntate, eſt mater ſtultitiæ in intellectu. Infideles & impii ſunt tenebræ, vid. Auguſt. Tom. 2. p. 335. *Impia mens odit etiam ipſum intellectum, ne cogatur, qvod intellexerit, facere* vid. Auguſt. Tom. 5. p. 522. *Infidelitas mors eſt & filios diaboli facit*, vid. Aug. Tom. 3. part. 2. p. 454. & tom. 10. p. 296. *Chriſtus nihil prodeſt non credentibus*, Aug. Tom. 5. p. 831.

Id-

Idcirco diabolicæ matæologiæ finis eſt *demerſio hominum*, & doctorum & auditorum, *in exitium* & interitum perpetuum.

§. 91.

Verſ. 10. *Studium pecuniæ* ſ. voluntas diteſcendi, eſt radix ſtultitiæ in intellectu, & interitus in omnibus facultatibus, omnisq; mali fons & origo. Exinde *error*, hæreſis & ſeductio, qvia avari aberrant *à fide*, & infideles tanqvam â DEO doctos & ſpiritualiter illuminatos Theologos vocant: Hinc Pſeudorthodoxi *ſeipſos implicuerunt doloribus multis*. Non attendunt veritati divinæ, & ob ſpinas avaritiæ DEO non delectantur, ſed ex pravis cupiditatibus & mentis ſtultitia ignem in ſe ſentiunt perpetuo. Ergo nulla opulentia vera eſt, neglectô DEO: & Diabolus, infernus, ac omne impietatis genus in impiorum *ματαιολογία* regnant.

§. 92.

Verſ. 11. Cœlum & omnis felicitas penes vere Orthodoxos eſt. Vere Orthodoxus eſt *homo DEI*, donis ſanctificantibus inſtructus, cujus Theologia ſanctificans in eo conſiſtit, ut *fugiat* omnia impiorum irritamenta, *ſectetur autem juſtitiam*, tam dictis qvàm factis, nec non *pietatem* animo recto, *fidem* & *charitatem* ſine ſcandalo, *patienti-*

am ſine increpatione, & *manſvetudinem* 2. Tim. 2. v. 22. 2. Petr. I. v. 5. 6. 7.

§. 93.

Verſ. 12. Ad Orthodoxiam veri nominis non ſufficit ſcripturarum veritas qvocunqve modo cognita, nec initium gratiæ & fidei, ſed reqviritur *bonum fidei certamen*, ut animus in gratia DEI confirmetur, eaqve magis magisqve redundet, in agnitione & omni ſenſu *Phil.* I. v. 9. Ac tandem *vita apprehendatur æterna*, ad qvam vocatio cœleſtis & confeſſio in terra unice tendit.

§. 94.

Verſ. 13. ſeq. Hæc Theologia ſanctificans, qvæ ſola veri nominis Orthodoxia, tanti momenti eſt, ut nullo modo ſit concedenda corruptio ejus & depravatio per frivolas diſtinctiones v. g. inter Theologiam adminiſtrantem & ſanctificantem. Qvapropter Paulus Timotheum iterum iterumqve adjurat, & non niſi Theologiam ſanctificantem ſeveriſſime inculcat, conf. cap. I. v. 15. 18. 19. c. 4. v. 6. 7. 11. 16. c. 5. v. 21. 2. Tim. I. v. 14. & ab hoc v. 13. usqve ad v. 17. omnium ſeveriſſime docet, Theologiam ſanctificantem in conſpectu DEI & JEſu Chriſti ſervandam, qvippe veri nominis Orthodoxiam, conſiſtentem in gratia ſecundum pietatem v. 3. in certamine fidei v. 12. Hæc *fidelium orthodoxia immaculata & irreprehenſibilis ſervanda eſt*, ne fiat Apoſtaſia à fide, & S.S. Theologia hominibus impiis, fanaticis & infidelibus qvoqve tribuatur. Nam ματαιολογία impiorum, qvomodo immaculata & irreprehenſibi-

ſibilis eſſe poteſt? Eſt hæc Heterodoxia impiorum contra DEUM *beatum & ſolum Principem, Regem regnantium & dominum dominantium, qvi ſolus habet immortalitatem, lucem habitans inacceſſam, ex qvo omnis veritas, cognitio &* ſanctitas, *qvem vidit nemo hominum, neqve videre poteſt*, adeoqve nullus irregenitus eum ſpiritualiter cognoſcit, ac propter eam ipſam cauſam non habet propriè dictam Theologiam, utpote carens ſpiritu DEI revelante 1. Cor. 2. v. 14.

§. 95.

Verſ. 17. Ex Theologia ſanctificante adminiſtrantem deducit Apoſtolus præclariſſime. Hactenus miniſtrorum Eccleſiæ Theologia ſanctificans deſcripta eſt contra avaritiam v. 6. 11. ſeqq. Talis miniſter Eccleſiæ ſanctificatus, fugiens avaritiam & ſuperbiam, rite Eccleſiam adminiſtrabit, his, *qvi divites ſunt in præſenti ſeculo, præcipiendo, ne elato ſint animo*, neqve *ſpem ponant in divitiis incertis, ſed in DEO vivente, qvi præbet nobis omnia affatim ad uſum*, *commodum ſeu fructum* exinde percipiendum.

§. 96.

Verſ. 18. 19. Theologia adminiſtrans ex ſanctificante orta, efficit, ut auditores non tantum agenda ſciant, ſed etiam ut cognita faciant, ut benefaciant, ut divites ſint in operibus bonis, *ut faciles ſint ad impertiendum, libenter communicantes: recondentes ſibi ipſis fundamentum bonum*

impo-

impoſterum, ut apprehendant vitam æternam. Hi effectus ſpirituales non niſi infinitæ potentiæ ipſius DEI ſunt, nullo modo autem Creaturæ ſeu naturæ.

§. 97.

Verſ. 20. Veri nominis Orthodoxia ſ. Theologia ſanctificans eſt *depoſitum* illud *ſervandum per Spiritum S. qvi habitat in nobis*, 2. *Tim*. 1. v. 14. Ergo nemo vere Orthodoxus eſt, qvi caret gratia inhabitante Spiritus S. Ergò omnes impii & infideles *ματαιολόγοι* ſunt Heterodoxi, qvorum Heterodoxia conſiſtit in profanis vocum inanitatibus. *Κενοφωνίαι* ſunt enervationes dictorum Scripturæ, ut verbum DEI ריק inane reddatur, Deut. 32. v. 26. Ne DEUS habitet in homine, ut con ſit inane, fide, charitate & DEI gratia inhabitante deſtitutum, qvando Theologia docetur ſine fide, fides ſine charitate, libertas à peccato in peccandi vertitur licentiam, adeoqve non niſi vocis inanitates pro vera Theologia obtruduntur, cum tamen regnum DEI non conſiſtat in verbis, ſed in virtute. Alterum Pſeudorthodoxiæ idolum conſiſtit in Antitheſibus ſcientiæ falſo nominatæ; nam fidei & gratiæ inhabitanti ſemper Antitheſes ſuas opponunt *ματαιολόγοι*, docentes, non tantum fideles eſſe veros Theologos, ſed etiam infideles & impios, imo ipſos Atheos eſſe officinam Spiritus S. Hæc *cognitio ſine fide* eſt, interprete Chryſoſtomo, *ſcientia falſo nominata*. Ipſe Spiritus S.

S. v. 21. ſatis clarè exponit, qvod *ſcientia falſò nominata ſit notitia ſimplex ſine fide*, qvia addit: *qvam* (ſcientiam) *qvidam profitentes circa fidem aberraverunt.* Omnes vero irregeniti carent fide, ergo habent tantum ſcientiam falſo nominatam vocesqve inanes, adeoqve omnis omnium infidelium Theologia Pſeudorthodoxa eſt, prædicta ab Apoſtolo, poſteriori tempore futura, hodie præſens. Hi Pſeudorthodoxi olim dicti ſunt Gnoſtici, ob falſi nominis ſcientiam, qvæ eſt ſine fide; qvi hodie qvoqve devitandi in novis Scholaſticis Pſeudorthodoxis.

§. 98.

Verſ. 21. E contrario *gratia JESU Chriſti* medicinalis, accendens fidem, per charitatem efficacem, 2. Tim. 1. v. 14. veram Theologiam ſanctificantem conſtituit, ex qva oritur Theologia adminiſtrans, qvæ eſt ſola veri nominis Orthodoxia.

γνῶσις ψευδώνυμος

PSEUDORTHODOXIA
THEOLOGORUM SINE FIDE

h. e.

HETERODOXIA

Novorum quorundam Arriano-Pelagianorum & Scholaſticorum,
inprimis
D. SCHELWIGII ET M. BUCHERI,
refutata
à

JOHANN. WILH. ZIEROLDO,
S.S. Theol. D. Conſiliar. Conſiſt. Eccleſ. in Duc. Pomer. Or. & Princ. Cammin. Profeſſ. Prim. & Paſtor. Johann. ac Auguſt. Starg.

STARGARDIÆ POMERANORUM, 1708.
Typis JOH. NICOLAI ERNESTI, Typographi Regii.

Digitized by Google

QVia prima Epiſtola Pauli ad Timotheum ſcripta eſt contra γνῶσιν ψευδώνυμον i.e. falſò nominatam ſcientiam c. 6. 20. ſeu notitiam ſine fide, interprete Chryſoſtomo, qvæ eſt notitia Pſeudorthodoxorū ſine fide, orthodoxia falſo nominata: operæ pretium eſt, Apoſtaſiam hanc à fide, qvam Apoſtolus c. IV. v. 1. prædixit, ad oculum demonſtrare. Sunt enim hodie qvidam novi Scholaſtici, inter qvos præcipui Dn. D. Schelvvig & Dn. M. Bücher, καπηλεύοντες adulterantes ſermonem DEI 2. Cor. II. 17. δολοῦντες falſantes verbum DEI. 2. Cor. IV. 2. In præſenti refutabimus errores eorum I. de DEO, II. de Creatione, III. de Imagine DEI. IV. de Theologia. V. de bonitate ante fidem. VI. de Gratia Pelagiana &c. Diſceſſerunt hi Pſeudorthodoxi à veri nominis orthodoxia, & attendunt ſpiritibus

erroneis & doctrinis dæmoniorum. Diabolis veram, ſupernaturalem & ſpiritualem DEI notitiam tribuunt, qvæ ſit à Spiritu S. DEUM lucem veram & propriam eſſe non credunt. Imaginem DEI in homine lucem proprie eſſe pernegant. Atheis & rerum divinarum contemtoribus, infidelibus ac ſumme impiis Theologiam ſupernaturaliter, ſpiritualiter & uni voce veram tribuunt. Infidelibus & impiis ſupernaturalem & ſpiritualem illuminationem adſcribunt, hinc impios beſtias illuminatiſſimas & θεοδιδάκτους nominant, & ipſos Atheos officinam Spiritus S. vocant. Naturam gratiam appellant. Bonitatem ſpiritualem ante fidem & ſine fide in homine docent. Dona naturalia ſupernaturalia dicunt, ſine ſanctificantibus &c. πρῶτον ψεῦδος tantorum ſi ſcrutamur errorum, myſterium hoc iniqvitatis nuper demum ſe plene aperuit per M. Bücherum, qvi hactenus contra S. Scripturæ & librorum Symbolicorum claram literam ſimpliciter negavit: imaginem DEI eſſe lumen DEI; victus autem poſtea verbo DEI & librorum Symbol. litera clara, in Tractatu meo de diſcrimine

ne veræ & falſæ Theologiæ p. 36. §. 11. allegata, ab errore hoc expedire ſe non potuit, ſed Myſterium iniqvitatis totum prodidit, revocando, ac concedendo qvidem, imaginem DEI in homine lumen in S. Scriptura & libris Symbolicis vocari, non autem *proprie*, Logice & Acroamatice, ſed Metaphorice, improprie ſeu Rhetorice tantum, im Gewiſſen p. 1. Qvid monſtri ſub tanto tanti erroris monſtro lateat, tandem aliqvando apparuit ex Menſe Bucheri XI. p. 493. ubi clare docetur: fanaticam eſſe doctrinam, *lucem de DEO* rebusqve divinis *propriiſſime* prædicare, Logice & Acroamatice; Orthodoxam autem eſſe doctrinam, Lucem de DEO & rebus divinis improprie tantum & Rhetorice prædicare. Hic fons & origo errorum. Hinc illæ lacrymæ, errores & calumniæ! Nam ſi DEUS *proprie non eſt lumen*, nec res divinæ, ſeqvitur, *DEI imaginem* qvoqve non eſſe *lumen proprie* dictum, adeoqve nec Theologiam, nec fidem &c. Qvia DEUS ex mente M. Bücheri lux eſt *impropria*, fideles etiam in luce impropria ambulant, qvemadmodum ille tantum lux Rhetorica eſt. Ergo

& illuminatio non eſt, niſi Metaphorica, & fidelis homo non niſi Rhetoricè ſ. figurate filius lucis eſt. Ideoqve totus Chriſtianiſmus improprius tantum, Rhetoricus & hiſtrionicus. Ergo & ſalus, & cœlum, & regnum filiorum lucis, non niſi figurata, impropria & Rhetorica lux, non autem vera Logice & Acroamatice. Hoc modo Theologia Chriſtiana vertitur in fabulam, veritas in mendacium, ſinceritas in hypocriſin, lux in tenebras, cœlum in infernum, religio in Atheismũ & Epicuræismum. Idcirco Diabolo veritas ſpiritualis & ſupernaturalis tribuitur. Infernalis ignis effluxus Spiritus S. vocatur. Athei nominantur officinæ Spiritus S. Theologia docetur ſine fide, fides ſine charitate, illuminatio ſine novi cordis creatione, viſus ſine creatione novorum oculorum mentis, Theologia ſine regeneratione, ſanctitas ſine victoria ſuper peccatum, & libertas à peccato in peccandi vertitur licentiam. Hæc Theologia præpoſtera & perverſa, ab Apoſtolo prædicta, hodie inprimis eſt Schelvvigii & Bücheri, ut patet ex ſeqventibus.

1. Error

I. Error D. Schelvv. & M. Bücheri. DE DEO.

Parallelismus Buchero-Socinianus.

DEUS non eſt lumen proprium. M Bücher Menſ. XI. p. 493. *Fanaticus ſine dubio ſeqvitur hanc ſententiam,* LUCEM *de DEO rebusqve divinis* PROPRIISSIME *prædicari &c. Qvod ſi vero improprie ſic dicitur, Rhetorica eſt, non Logica & Acroamatica deſcriptio.*	*DEUS eſt lumen impropriè ſ. metaphoricum. Photiniani ſtatuunt, nomina DEO tributa eſſe METAPHORICA,* ut obtineant *ex nominibus DEI, Chriſto in Scripturis tributis, non poſſe veram & æternam ejus DEItatem probari.* Eniedin ad procem. Joh. p. 160. Socinus c. Wiekum p. 379. Photinianis aſſurgit corn. Muſſus Pontificius t. 1. p. 545. poſtill. vid. Gerhard. LL. Theol. l. 2. de natura DEI p. 212.

Qvemadmodum Parallelismus Heterodoxorum ex dictis & infra dicendis clare apparet, ita Heterodoxiæ & Orthodoxiæ diſſidium magis magisq; elucet.

Heterodoxus.	Orthodoxus.
M. Bücher l. c. *Lux de DEO rebusq; divinis non*	Doct. Seb. Schmidius Comm. in Ep. ad Ebr c. 1, 3. p. 36. *Dicimus, vocabula,*

poteſt propriiſſime, Logice & Acroamatice prædicari, ſed tantum IMPROPRIE Rhetorice &c.	*bula Φωτος, δόξης, & conſeqventer αὐγῆς, de DEO proprie, imo NB. PROPRIISSIME uſurpari. Conf. D. Danh. Hodoſ. p. 180. nimis enim ſignificanter Scriptura de DEO loqvitur, qvando eũ lucem vocat Joh. I, 4. 1. Joh. I. 5.* Danh. Hodoſ. p. 161. *DEUS eſt lux NB. PROPRIISSIMA.* Idem p. 179. 180. ſine omni metaphora, aut *tropo propriiſſime, proprietate LOGICA, NB. LOGICE.* D. Gerhard. l. 2. de *nat. DEI p. 256.*

Splendide igitur Bücherus cum Schelwigio ſuo errat, & in limine impingit maxime. Refutatur ab Orthodoxis argumentis ſolidiſſimis. D. Seb. Schmid. Comment. in 1. Ep. Joh. c. I, 5. p. 83. *DEUS non ejusmodi qvidem lux eſt, qvalis eſt lux qvæcunqve creata: non tamen propterea dicendum eſt, qvod ſit lux metaphorica. Qvo namqve fundamento dixerim lucem metaphoricam, qvam capere & comprehendere non poſſum? Potius cum lux ſit infinito modo præſtan-*

ſtan-

ſtantior omni luce, dicere cogor, eſſe lucem NB. MAXIME PROPRIAM. Cum enim lux ſit per eſſentiam, nonne NB. MAGIS PROPRIA LUX eſt, qvam qvæcunqve lux, qvæ vel eſt lux per accidens, vel lux accidens?

DEO ut luci propriiſſimæ propria eſt omniſcientia & ſapientia. Cum autem ex mente Bucheri, DEUS tantum ſit lux impropria & Rhetorica, *Sapientia* qvoqve & *omniſcientia* DEI Büchero *metaphorica* eſt. Refutatur autem cum Socinianis à D. Gerhardo l. 2. de nat. DEI p. 307. *Qvidam ſtatuunt, ſapientiam &c. DEO non competere PROPRIE, cum non utatur ratiocinatione, diſcurſu ac conſultatione,* (Syllogismis Bucheri) *exiſtimant igitur, DEO tribui talia metonymice, qvi alios faciat ſapere & intelligere, ac METAPHORICE, qvia talia faciat, qvæ homo vera ſapientia præditus, ſolet præſtare. At removendæ omnes imperfectiones à ſapientia & prudentia humana, atqve id, qvod remanet purum & perfectum, vere & NB. PROPRIE DEO tribuendum.*

Qvia DEUS Buchero lux impropria & figurata ſ. Rhetorica eſt, non autem Logica & propria, DEUS & ſplendor ejus

A 5 JE-

JESUS CHRISTUS ab æterno lux non fuit ſecundum Bucherum. Nam figura Rhetorica, *Metaphora* ſ. translatio eſt *tropus, qvo verbum à propria ſignificatione in alienam transfertur ob ſimilitudinem.* Ab æterno autem lux creata non fuit, ergo à propria ſignificatione lucis creatæ in alienã, ſcilicet, divinum verbũ non potuit transferri. Ergo DEUS Buchero *ab æterno non fuit lux.* Sed qværo cum D. Seb. Schmidio: *Annon ſplendor gloriæ Patris futurus fuiſſet (proprius) ſi maxime (nullus ſplendor, imo) nulla creatura unqvam creata fuiſſet? Aut num imperfectum ἀπαύγασμα eſt, qvando manifeſtatio erga creaturas non accedit? addo: num lux non fuit DEUS, qvando metaphora à luce creata non potuit ſumi? Nullo ſane modo.* vid. Schmid. ad Ebr. p. 37.

DEUS ab æterno non fuit lux propria ſecundum Bucherum, ideoq; ſecundum eundem ἀπαύγασμα τῆς δόξης *JESUS CHRISTUS ab æterno non fuit proprie*, ſed *improprie* & Rhetorice tantum. Conſentit igitur Socinianis hac ratione:

Pſeu-

Pſeudorthodoxus Socinianus M. Bücher l. c.

Lucem de DEO, rebusq; divinis proprie, Logice ac Acroamatice prædicare, fanaticum eſt: Orthodoxum autē, Lucem de DEO improprie & Rhetorice, Metaphorice prædicare, ob ſimilitudinem, qvando verbum à propria ſignificatione in alienam transfertur. Chriſtus rhetorice lux dicitur, ob ſimilitudinem. (v. Calov. Socinian. p. 195.) *Ut DEUS lux eſt impropria, ita eſt Chriſtus ἀπαύγασμα Metaphoricum, & generatio Chriſti impropria. Adeoq; Chriſtus eſt lumen improprium à lumine improprio ſ. Metaphorico.*

Socinianus ab orthodoxis refutatus, apud S. Schmidt. Comm. in Ep. ad Ebr. p. 36.

Cum Φῶς, δόξα, αὐγὴ de DEO NB. PROPRIISSIME dicantur; utiqve ἀπαύγασμα qvoq; NB. PROPRIISSIME à PAULO USURPATUM eſt. Qvod hoc magis urgeo, qvia vox hæc ſine dubio originem filii à Patre dicit, qvam NB. conceſſo tropo, facile aliqvis, qvaſi & hæc tropica foret, pervertere poſſet. Sed magis nobis etiam prodeſt, NB. ſi proprie uſurpari dixerimus. Nam NB. Arriani argumentati ſunt ex hac voce &c. ſed promtius eſt nobis, proprietatem vocis agnoſcentibus reſpondere.

Hinc

Hinc facilis deſcenſus ad infra. Hæc enim eſt mens reproba, in qvam olim Arriani, hodie Schelvvig. & Bucherus tra diti, ut videre eſt apud Seb. Schmid. Comm. in Ep. ad Ebr. p. 36. *Arriani argumentati ſunt ex hac voce: Splendor ſ. radius non exæqvat lucem, à qva emittitur: Ergo filius, qvi eſt ſplendor Patris, non æqvalis, ſed minor Patre erit.* Reſp. *ab imperfectione Creaturarum ad perfectionem in divinis concludere non licet. Splendor enim hic ſ. radius exæqvat lucem.* Ita Eniedinus Photinianus argumentatur: *Gloria DEI eſt accidens, & ſplendor eſt accidens, ſi ergo filius eſt ſplendor gloriæ DEI, erit accidens accidentis, qvo qvid eſt abſurdius? Sed negamus vel gloriam DEI, vel ſplendorem gloriæ DEI eſſe accidens &c. ἀπαύγασμα originatum eſt ſubſtantiale, Ergo & δόξα originans erit ſubſtantia.* Vid. S. Schmid. in Ep. ad Ebr. p. 37. ib. p. 39. Peſſime Photiniani, & nominatim Eniedinus, vocem δόξης abſolute accipiunt, & pro Adjectivo poſitam volunt, ut ſit, ſplendor gloriæ, h. e. ſplendor glorioſus. *Qvæ eſt NB. malitioſa verborum Apoſtolicorum detorſio.* & ibid. De δόξῃ, gloria ſ. luce, qvando Eniedinus dicit, *Gloria*

DEI

DEI eſt accidens, per manifeſtam ſcripturam refutatur, qvæ dicit, ὁ θεὸς φῶς ἐςι. *Nam, ut diximus*, φῶς *&* δόξα. *unum ſunt idemq;. Non itaq; δόξα, gloria ſ. lux eſt accidens DEI, ſed eſt ipſe DEUS & ſubſtantia DEI.*

Omnium optime errorem Sociniano-Bücherianum refutavit Danhauer Hodoſoph. Phœnom. III. p. 179. 180. *Filius DEI non eſt filius* (ut homo ex non homine) ἐξ ὀυκ ὄντων, *ut volebant Arriani* ἐξουκόντιοι dicti, ſed *ex DEO. Eſt enim filius primogenitus ob NB. PROPRIETATEM grammaticam NB. TROPI NESCIAM, ob quam audit* ἀληθῶς θεοῦ ὑιὸς, ἀληθινὸς ὑιὸς *NB. NB. perinde ut LUX NB. VERA dicitur* 1. Joh. 5. 20. *qvia vox lucis primum DEO, & propter DEUM creaturis competit. Is enim eſt, qvi per ſe & primo videtur & facit, ut cætera omnia videri qveant* (qvæ eſt lucis ratio formalis) *ſecundario demum NB. & participative notat hanc lucem ſenſibilem. NB. ita Filiatio per prius de Filio DEI, ſecundario de creaturis dicitur, adeoqve ſine NB. NB. OMNI METAPHORA aut TROPO, PROPRIISSIME: PROPRIETATE NB. NB. LOGICA &c.* & S. Schmid. in Ep. ad Ebr. p. 37. *Patres ex eo, qvod filius dicitur ſplendor gloriæ Patris, oſten-*

ostendunt eum à Patre procedere ſine mutatione, paſſione, fluxu, defectu & qvidem ab æterno. Hoc vero longe firmius concluditur, ſi NB. PROPRIE vocem ἀπαυγάσματος acceperimus, qvam ſi NB. IMPROPRIE. Argumentari namqve poſſum: Si in ſole, cujus radius eſt imperfectum ἀπάυγασμα, tamen deprehenditur nulla mutatio, fluxus aut defectus luminis, nulla temporis acceſſio: qvanto magis in DEO Patre, cujus Filius eſt perfectiſſimum ἀπάυγασμα, &c.

Error Schelvvigio-Bücherianus *Myſterium S. S. Trinitatis funditus evertit*, ſi enim Pater *lux impropria, lucem impropriam Filium generat*, adeoqve *generatio Filii impropria eſt, qvis inde* non videt, *ſpirationem* qvoqve *Spiritus S.* nonniſi *impropriam* poſſe dici? Mirari igitur deſino, cur Bucherus neget imaginem DEI eſſe lumen proprium, curq; omnem peruertat Theologiæ rationem, impiis & infidelibus illuminationem tribuat ſupernaturaliter & ſpiritualiter veram, è contrario autem Regenitorum fidem & Theologiam lumen ex DEO eſſe perneget, imo & gloriam filiorum lucis non niſi impropriam & Metaphoricam concedat. Cum enim ne-

neget, DEUM eſſe lumen proprium, & gloriam DEI nonniſi lucem Metaphoricam dicat, qvomodo fidelibus veram lucem & gloriam JESU CHRISTI communicatam tribuere poſſet?

Conſtanter igitur orthodoxæ eccleſiæ evangelicæ doctrinæ inhæremus: *lumen de DEO & rebus divinis proprie, imo propriiſſime prædicari*, improprie potius dici de lumine creato, adeoqve fanaticam illam Schelvvigii & Bucheri, imo Arrianam & Socinianam doctrinam triſti averſamur faſtidio, qvod *DEUS lux ſit impropria.* Credimus, docemus & confitemur cum Eccleſia Orthodoxa, ut alia DEI nomina, ita & hoc *propriiſſime* eſſe accipiendum, verbis Gerhardi l. 2 de nat. DEI p. 212. *Nos diſtingvimus inter acceptionem vocis propriam & modificatam, qvando enim nomen DEI aliis præter unum ac ſolum verum DEUM tribuitur, tum non accipitur proprie, ſed modificate, ut apparet ex reſtrictionibus additis: qvando vero NB. proprie accipitur, nulli, niſi uni, vero, æterno in Scripturis convenit.* Ibid. *Cum nomen aliqvod alicui per ſe competit, aliis vero propter relationem & reſpectum ad ipſum, tunc cenſendum eſt proprium illius nomen.* *Sed*

Sed nomen DEI per ſe DEO competit, aliis per reſpectum ad verum DEUM. Ergo. Non poteſt nomen Dei æqve ſignificare divinam naturam & divinam ſimilitudinem, ſ. participationem, ſed naturam divinitatis primario, ſimilitudinem vero ſecundario ſignificat. Ergo eſt DEI proprium nomen. Addo judicium Seb. Schmid. de luce divina *propriiſſima*, in Comm. ad Ebr. p. 116. Ineptum eſt, myſteria ſublimiſſima, qvæ in Deo ſunt, ex Creaturis judicare *æqviparando*, & non potius ad *ſumma progrediendo.*

Non poſſumus non hic notare ſtrophas Sociniano-Bucherianas. Naſcitur enim error ex errore. Primo negavit, *DEUM* lucem eſſe propriam, deinde non poſſunt non Pſeudorthodoxi negare, lucem & gloriam *JESU CHRISTI* fidelibus proprie communicari. Ita Socinianus Felbinger in Demonſtr. Chriſti. p. 175. in Ep. ad Ebr. c. 1. 3. *Gloria Filii DEI non eſt ipſius DEI eſſentialis gloria, cum ſit gloria DEI relucentia, vel à gloria DEI emiſſus ſplendor.* Ita filius *DEI JESUS CHRISTUS* non eſt ipſa DEI ὑπόςασις vel ſubſtantia, ſed ὑποςάσεως DEI character, id eſt, *nota ac ſigillum*

lum expreſſum, in qvo Dei bonitas, ſapientia & potentia *relucet.* Cum igitur Sociniani cum Buchero negent, Chriſtum eſſe lucem eſſentialem & gloriam Dei, negant qvoqve lucem & gloriam JESU CHRISTI fidelibus communicari. Qvando autem CHRISTUS id clare aſſerit, Joh. 17, 22. gloriam hanc tantum de *prædicatione Evangelii* & miniſterii Eccleſiaſtici ſ. *vitæ æternæ* intelligunt, ut patet ex ſeqventi Parallelismo,

Sociniani.	Schelvvig & Bucher.
Jer. Felbinger in Demonſtrat. Chriſt. p. 108. in Joh. c. 17, 22. *Intelligitur aut gloria prædicationis Evangelii, aut gloria miraculorum, ut utraqve conjunctim, aut gloria vitæ æternæ; non autem gloria, ſoli vero* DEO *propria: nam eam Chriſtus Apoſtolis nullibi dedit.*	M. Bucher Gewiſſen/ p. 81. Weñ Chriſtus ſagt: Er habe ſeinen Jüngern die Herrligkeit gegeben/ die Ihm der Vater gegeben. Joh. 17/22. ſo iſt es nicht die Klarheit und Majeſtät/ die Er bey dem Vater hatte/ ehe der Welt Grund geleget war v. 15. ſondern das Mittel der Erkäntniß/ daß ſie nemlich wiſſen/ der Vater liebe Chriſtum. ꝛc. 16. Darnach ge-

höret auch zu dieſer Herrligkeit/die Chriſtus ſeinen Jüngern gegeben/ das Amt des Geiſtes (das Evangeliſche Amt des N. T.) das aus einer ſolchen Erkäntniß geführet wird/ und ein von GOtt verordnetes Mittel iſt/ das ſeeligmachende Erkäntniß Chriſti in der Welt kund zu machē/ und allenthalben auszubreiten. Deñ das iſt das Amt/ das überſchwengliche Klarheit hat. 2. Cor. 3/9. Weil es Chriſtus ſelbſt in eigener/ hoher/ göttlicher Perſohn verwaltet/ mit ſo viel Zeichē und NB. Wundern/ in welchen Er ſeinen Jüngern ſeine Herrligkeit offenbahret. Joh. 1/14. c. 2. beſtätiget/ und ſeinen Apoſteln nachmahls auffgetragen/durch wel-

ches

ib. p. 106. in c. 17. Joh. v. 3. *dedi ipſis vitam æternam, docens & conteſtatus omnibus ſermonibus atqve miraculis meis, Te, Patrem meum ſolum verum DEUM, me vero Chriſtum.* Idem. ib. p. 79. in Joh. c. 1, 4. *Ideo Chriſtus dicitur Lux, nempe ſpiritualis, hominum mentes tenebroſas NB. Evangelii prædicatione illuſtrans.* Eſ. 42, 6. 7. c. 49, 6. ib. p. 80. NB. *Evangelii ſplendore NB. ILLUMINAT hominem.*

NB. Ad hanc ſcientiã in qva NB. ſola Bucherus ſolius delectationis cauſa gloriatur, conf. 1. Cor. 8. ſcientia inflat.	ches die Menſche erleuchtet werden zur Erkäntniß ꝛc. Welches wiſſen unſer einiger Ruhm iſt. ibid. Chriſtus redet von der Erkäntniß und Predigt-Amt. ꝛc.

Errat autem Bucherus cum Socinianis 1. in eo, qvod putat, Chriſtum gloriam hanc tantum Apoſtolis & miniſterio Eccleſiaſtico communicaſſe, cum omnibus fidelibus detur; vide Gerhardi Harm. Evangel. p. 1702. *Sed Chriſtus in genere pro omnibus per verbum Apoſtolorum in ſe credituris orat, jam vero non omnes credentes miniſterio docendi funguntur.* Ib. Chriſtus non tantum de *miraculis* agit, ſed pro *credentibus omnibus* in genere orat. 2. in eo, qvod verba Chriſti aperte detorqvet. Chriſtus enim dicit: *dedi illis* GLORIAM. Sophiſtæ autem ita exponunt: *dedi illis* MEDIUM GLORIÆ. Chriſtus illam gloriam fidelibus dedit, qvam ipſi Pater dedit. Neſciunt Sociniani cum Schelvv. & Büchero gloriam filiorum DEI, qvare eos remitto ad B. Gerh. p. 1711. Harm. *Notandum, qvod Chriſto ſecundum humanam na-*

turam duplex competat gloria. Primo gloria quædam animæ & corporis habitualiter & ſubjective ipſi inhærens, NB. quam cum beatis communem habebit. Phil. 3, 21. juxta ποῖον ſc. non juxta πόσον, ut Theodoretus in Comm. illius loci recte monet, quia in gradu eminentiori hæc gloria Chriſto capiti competit, quam beatis, utpote ipſius membris. Secundo gloria divina & infinitæ majeſtatis, quæ per unionem perſonalem & exaltationem ad DEI *dextram aſſumptæ humanæ naturæ obtigit. &c.* Conf. ibid. p. 1620. de gloria finita, ſubjective humanæ naturæ inhærente, videlicet gloria immortalitatis, & dotibus glorificati corporis in reſurrectione, deinde gloria infinita, perſonaliter humanæ naturæ communicata, videlicet rerum dominio, in exaltatione ad dextram DEI ipſi dato. Ib. p. 1710. *Viſio gloriæ* DEI *fruitionem includit.* 1. Joh. 3, 2. Matth. 18. 10. & p. 1712. *videre*, phraſi hebraica *idem eſt*, qvod *experiri & frui*. Pſ. 27. 13. Pſ. 128. v. ult. Joh. 3, 36. &c. Præclare Auguſtinus in Tract. 110. in Joh. & Stapul. in h. l. apud Gerhard. in Harm. Ev. p. 1702. ubi Gerh. addit: *ut credentes aliquando gloriæ cæleſtis meo merito parandæ poſſint*

poſſint fieri participes, neceſſe eſt, ut in hac vita ſint unum unitate fidei & caritatis inter ſe conjuncti. Promerebor ipſis mea paſſione & morte cœleſtem gloriam, ut ſint NB. UNIUS EIUSDEMQVE gloriæ in cœleſti beatitudine pro ſuo modulo nobiscum participes, ideo effice in illis, ut unum ſint, ſicut & nos unum ſumus ratione eſſentiæ & NB. COMMUNIS GLORIÆ. Idem *Gerhard. Ham. Ev.* p. 1721. *Credentes non tantum erunt ſpectatores, ſed etiam cœleſtis felicitatis, gloriæ & lætitiæ pro ſuo modulo conſortes.* Errant qvoqve Sociniani cum Schelvv. & Buchero in eo, qvod putant, gloriam non dari, qvæ ſit communis huic regno gratiæ & illi regno gloriæ, licet ingens ratione graduum ſit diſcrimen. Qvo ipſo conſentiunt non tantum Pontificiis, ut in Synopſi veritatis divinæ Artic. 24. p. 523. ex Seb. Schmidio demonſtraui, ſed etiam Socinianis, id qvod hic demonſtrabo.

Schelvv. & Bücher.	Sociniani.
Schelvv. Synopſ. Controv. Art. 34. Q. 7. *Salus ſeu beatitudo gratiæ & gloriæ differunt non tantum gradu, ſed eſſentia, adeo ut in hac*	Felbinger in Demonſt. Chriſt. in Ev. Joh. c. 17, 5. ad verba: *Glorifica me, Pater, apud te, gloria, qvam habebam*

vita ſalutis glorioſæ, qvamvis in minori ac inferiore gradu compotes non ſimus. It. Art. 22. Q. 15. n. 3. *ſalutem glorioſam ſperamus.* Rom. 8, 24. NB. fallſat hic Schelvv. cum Socinianis ſcripturam; in l. c. enim legitur: τῇ ἐλπίδι ἐσώθημεν, ſpe ſalvati ſumus. Ergo ſalus jam præſens eſt, exſpectamus autem majorem ſalutis gradum.

habebam apud te ante mundum conditum, ſcribit: Habuit gloriam apud Patrem, priusqvam mundus exiſteret, prædeſtinatione, ut Apoſtolus Rom. 8, 24. 30. loqvitur de glorificatione juſtificatorum, qvæ in hoc mundo NB. ſaltem ſperatur, in futuro autem NB. vere dabitur. Ita Johannes 1. Epiſt. c. 5, 11, 13. aſſerit, credentes in filium DEI *habere vitam æternam; certe habent in hoc mundo NB. ſpe, in futuro demum NB. reipſa. 16. patet, poſſe aliqvem apud* DEUM *habuiſſe gloriam ante mundum conditum, qvi tamen non ſit ab æterno, nedum ſolus verus* DEUS.

In refutatione hujus Scholaſtici Socinianiſmi otia nobis fecere viri maximi in Eccleſia Evangelica nominis, & Theologi excellentiſſimi, Magnificus Dn. D. Jo. Henr. Muhlius, Superintendens Generalis Eccleſiarum in Holſatia doctiſſimus, nec non excellentiſſimus Dn. D. F. J. Lütkens, Profeſſor & Concionator Aulicus Potentiſſ. Regis Daniæ celeberrimus, ſcriptis, nuper hac de re ex profeſſo editis, de qvibus Eccleſiæ Evangelicæ maxime gratulamur, vices autem Pſeudorthodoxorum, inprimis Schelvv. & Bucheri maxime dolemus. Plura non addimus, niſi duo loca Pelagii, qvorum prior extat apud Auguſt. Tom. VII. p. 480. b. *Omne opus gratiæ pertinet ad futuri ſeculi novitatem*; poſterior in Comment. Pelagii in c. V. Ep. ad Rom. ubi ſcribit: *per Chriſti juſtitiam vita eſt reparata: futura, non præſens.* Qvaſi vero præſens fidelium vita non ſit pars & gradus futuræ, ut cum Pelagio Schelvvig errat.

Qvo Te Schelvvigi & Buchere pedes? an qvo via ducit ad orcum? Ita eſt. Theologia veſtra eſt via ad orcum ſpatioſiſſima. Inde enim non tantum Alcoranus,

 ſed

ſed & Talmud Judæorum ſuas hauſit tenebras, ut patet ex ſeqventi Parallelismo:

Schelvv. & Bucher Judaizantes.	Judæi refutati ab Orthodoxis.
Fanaticum eſt, lucem de DEO *& rebus divinis, adeoqve de Chriſto qvoqve proprie prædicare, improprie illa, Rhetorica, figurata & umbratilis lux eſt.* Conf. M. Bücheri Menſ. XI. p. 493.	Chemnit. Harm. Ev. p. 41. *Judæi habebant figuratam ſeu umbratilem lucem, in qva umbra parebant. Illi falſæ ac vanæ, & huic umbratili luci opponitur vera lux.* Ib. *Chriſtum vocat veram lucem: qvia lux eſt, non participatione, ſed per ſe, natura ſ. eſſentia lux eſt, ita, ut origo, cauſa & fons ſit omnis ſplendoris.*

II. Error Schelvvigii & Bucheri de Creatione.

Heterodoxus.	Orthodoxus.
M. Bücher böß. Gewiſſ. p. 99. Die Geſchöpffe ſind kein Ausfluß aus GOtt. GOtt iſt kein eigentliches Licht / und die Geſchöpffe flieſſen võ GOtt nicht aus / wie	Danhauer Hodoſoph. p. 199. *Eſt Creatio actio* EMANATIVA, *ſolius* DEI, *in principio temporis e nihilo, ſolo verbo, univerſum producentis, qvia ſine motu, NB. ut lumen e ſo-*

li

das Licht von der Sonnen.

le NB. EMANAT MUNDUS à DEo, per efficacem eſſendi voluntatem.

Solidiſſime Heterodoxia *S*chelvvigio-Bucheriana refutatur à *D*anh. in Hodoſophia. p. 161. *DEUS eſt lux PROPRIISSIMA*, h. e. *novit DEUS creaturas non tantum ſecundum eſſe eminens & increatum, qvod habent in DEO, ſed etiam ſecundum eſſe proprium. DEUS enim cognoſcit creaturas, ut creaturas: at creaturæ, prout ſunt in DEO, non ſunt creaturæ, ſed creatrix eſſentia.* & à Gerhard. *S*yſtem. l. 2. de nat. DEI p. 508. *DEUS eſt ex ſe & per ſe tale, cauſa eſt eorum, quæ ſunt talia NB. per participationem. DEUS ideo vocabatur Jehova & ὁ ὤν, qvia non ſolum ipſe eſt, ſed etiam omnibus entibus eſt cauſa eſſendi, eſt eſſentia omnium eſſentiarum, ipſum pelagus eſſentiæ infinitum & immenſum.* Bernhard. l. 5. de Conſid. ad Eugen. DEUS eſt, qvod eſt, i. e. ſuum ipſius & omnium aliarum rerum eſſe, ipſe ſibi; ipſe omnibus eſt, ac per hoc qvodammodo ſolus eſt.

III. Error Schelvvigii & Bücheri de Imagine DEI & Peccato.

 Qvem-

Qvemadmodum Bucherus negat, Deum eſſe proprium lumen, & creaturas à Deo, ut lumen è ſole (ſecundum Danhaueri phraſin orthodoxam) emanare, ita pernegat contra verbum DEI & libros Symbolicos, imaginem DEI lumen proprie dictum in homine eſſe.

Heterodoxus.	Libri Symbolici.
M. Bücher im Unvern. Urtheil p. 19. Das Ebenbild GOTTes iſt kein göttliches Licht.	Das Ebenbild Gottes iſt ein helles Licht im Hertzen/ GOtt und ſein Werck zu erkennen/ ꝛc. Conf. Luth. Tom. 5. Alt. p. 49. b. Tract. vom Unterſcheid der Theol. p. 36. §. 11.

Bucherus aſymbolus, falſæ doctrinæ manifeſte conuictus, expedire ſe alia via ab errore ſuo non potuit, qvam diſtingvendo inter lumen proprium & improprium, Logicum & Rhetoricum, verum & figuratum. Exinde factum, ut & ipſum Deum verum lumen eſſe negaret, ut ſupra demonſtravimus. Si enim DEUS in natura & eſſentia ſua non eſt verum lumen, exinde hoc qvoq; evinci poſſe putavit, qvod in homine non ſit verum lumen, adeoq; imago ejus metaphorica tantum & impropria, qvo & omnem Theologiæ veri-

veritatem in figuram poſſet vertere & umbram. DEUS ex mente Bucheri eſt lux impropria & figurata, E. fideles, qvos ſibi ſimiles, non æqvales fecit, ſunt tantum lux impropria & figurata, adeoqve tota Theologia regenitorum qvoqve impropria tantum & Rhetorica eſt.

Heterodoxus.	Orthodoxus.
Bücher. Das göttliche Ebenbild wird nur verblümter Weiſe ein Licht genennet. Boß. Gewiſſ. p. 1. Es iſt eine Fanatiſche Lehre / daß das Ebenbild Gottes ein eigentliches Licht ſey/das aus GOtt ausfleußt.	D. Seb. Schmid. Comment. in Ep. Joh. p. 85. *Sicut DEUS totus fidelibus ſe communicat, ita totus in illis lux eſt.* Conf. ib. p. 87. *DEUS non tantum in natura ſua, ſed in nobis etiam lux* (propria ut ſupra demonſtratum,) *nos illuminans.*

Ib. *Eſt communio per unionem myſticam inter DEUM & fideles: qvæ infert inhabitationem DEI gratioſam in fidelibus, tanqvam templis ſuis; eamqve non otioſam, ſed negotioſam, per illuminationem intellectus & voluntatis noſtræ, operationemqve omnis boni, imprimis ambulationis noſtræ in luce.* & ib. p. 91. *Lux noſtra, ſi totaliter (ut ſic loqvar) conſideratur, non eſt tantum qvædam delibata & deri-*

rivata in nobis particula, ſed comprehendit NB. cum FIDE noſtra & viribus regenerationis ſanctis, ipſum etiam NB. DEUM patrem, Chriſtum, Spiritum S. verbum DEI, motusqve & auxilia divina. Deus autem vera lux, ut ſupra demonſtratum, E. & imago DEI non impropria & figurata, aut umbratilis, ſed propria & vera, veritate Logica, ut Deus Logice vera lux eſt.

Hererodoxus.	Orthodoxus.
M. Bücher Gewiſſen p.2 das Licht des göttlichen Ebenbildes (u. alſo auch die Theologia der Kinder Gottes) iſt keine emanatio & effluxus ex DEO; ſondern das hölliſche Feuer iſt ein Einfluß des Heil. Geiſtes in in die Teuffel. B. Vorbericht der Monaht. p.20. Das ewige Leben aber iſt kein Einfluß der Herrlichkeit Gottes in die Seeligen. Gewiß. p.81.	D. Gerhard. Loc. II. de nat. DEI p. 206. §. 2. *Ante lapſum fulgebat in mente hominis, ad DEI imaginem conditi clariſſima qvædam lux divinæ cognitionis &c.* & Danhauerus Hodoſoph. p. 7 *Theologia eſt lumen derivatum, ſic enim à ſole lumen differt. Sol in hac noſtra hodoſophia Chriſtus eſt; lumen qvaſi lucimen, qvod ab illo per lucem verbi in oculum Theologi NB. DIMANAVIT, eſt Theologia.*

Schelvv.

Schelvv. & Bucher negant, lucem de DEO & rebus divinis proprie prædicari, imaginem DEI in homine, & veram filiorum lucis Theologiam lumen proprium eſſe pernegant, inprimis vero fanaticam doctrinam vocant, qvod creaturæ ſint emanatio ex DEO, ut &, qvod lumen imaginis divinæ ac veræ Theologiæ ex DEO emanet; è contrario autem non erubeſcunt aſſerere, qvod ignis infernalis ſit effluxus ex Spiritu S. in intellectum, voluntatem & affectus diabolorum. M. Bucher. & Schelvv. Diabolo ſpecialem influxum Spiritus S. tribuunt, ex qvo Diabolus DEUM viva, vera & ſupernaturali cognitione cognoſcat, & ipſe Diabolus intelligat, qvæ ſunt Spiritus DEI. Schelvv. cum Buchero docet: Spiritum S. influere in impios, ex qvo influxu Theologiam ſuam habeant. Fidelibus negant influxum Spiritus S. & illos omnes fanaticos dicunt, qvi id defendunt; orthodoxum autem vocant, diabolo & impiis influxũ Spiritus S. tribuere, ex qvo ſit Theologia eorum vera, ſpiritualis & ſupernaturalis.

He

Heterodox9, diaboli & impiorum Patronus.

Schelvv. Synopſ. Art. 1. Qv. 5. p. 4. ed. prim. *notitia Theologica in homine impio NB. eſt ex INFLUXU Spiritus S.* ib. p. 5. Apud impium Spiritus S. NB. *INFLUIT.* ib. p. 4. *impii vere ſunt illuminati, proprie, non improprie*, p. 5. Qv. 6. *Impii ſunt* θεοδίδακτοι. Qv. 7. p. 7. *Notitia impiorum eſt ſpiritualis, divina, viva, ad tertium Symboli Apoſtolici Articulum pertinens.* Qv. 9. p. 10. *Theologia impiorum ſine æqvivocatione dicitur, qvomodocunqꝫ ſubjectū cognoſcens*

Heterodoxus, Fidelium & piorum diabol9.

Es iſt eine fanatiſche Lehre/ daß das Ebenbild Gottes (und alſo die Chriſtliche Theologie) ein Einfluß des Heil. Geiſtes ſey/ und alſo ein Ausfluß aus GOtt. Gewiß. p. 2. GOtt iſt kein eigentliches Licht, ibid. p. 1. u. alſo ſind auch die Gläubigen u. From̃en nicht proprie erleuchtet. Alſo iſt ihr Licht in der Theologie nur Rhetoriſch/ nicht Logice & Acroamatice talis. *Spiritus S. ſcripturis indiviſo & inſeparabili nexu conjungitur, qvia igitur Scriptura influit in impios, Spiritus S. per Scripturam in eos influit, & eos proprie illuminat, non figurate, ſed Logice & Acroamatice ſine æqvivocatione.* Schelvv. Synopſ. artic. I. Qv. 5. 6. & 7.

ſe

ſeſe habeat: ſive notitia ſit in Caino, ſive in Juda Iſchariote reperiatur. M. Bücher de notit. lit. & ſp. p. 11. §. 5. *Diaboli notitia & qvicqvid veri in Myſteriis fide capit & intelligit, eſt à Spiritu S. Vera in ipſo, & divina & ſpiritualis rerum ſpiritualiũ intelligentia.*

M. Bücher im Gewiß. p. 15. Im Teuffel iſt ein beſonderer NB. Einfluß des H. Geiſtes. Der Heil. Geiſt wirckt in dem Teuffel kräfftig/ warhafftig/ übernatürlich. Der Teuffel verſteht was des H. Geiſtes iſt. Dz hölliſche Feuer iſt ein Einfluß des H. Geiſtes in die Teuffel. M. Bücher im Vorbericht der Monaht. p. 20.

Qvamvis autem in fideles & pios Scriptura influat, Spiritus S. tamen in eos proprie non influit, nec in illis eſt influxus ex Spiritu S. nam proprie non illuminantur, ſicut nec DEUS ipſe lux propria eſt, ita nec imago ejus. Infernus eſt ex influxu Spiritus S. in diabolos. Vita autem æterna non eſt ex influxu gloriæ JESU Chriſti; gloriæ enim DEI non redduntur beati participes, non obſtante dicto. Joh. 17. 22. vid. M. Bücher Gewiß. p. 81.

Orthodoxus.

Gerhard. Harm. p. 1702. *In reſtitutione imaginis divinæ conſiſtit beatisſima illa* ἀνακεφαλαίωσις,

Hetero-

Heterodoxus.	
M. Bücher Urtheil p. 20. Das göttliche Ebenbild iſt keine Seeligkeit/nach dero Mittel und Urſprung.	*per qvam omnia iterum in unum redacta*, Eph. 1, 10. Conf. qvoqve Joh. Gerh. in Loc. de Pœnitentia p. 898.

Heterodoxus.	Orthodoxus.
M. Bücher Urtheil p. 19. Chriſtus iſt nicht ſelbſt das Ebenbild Gottes in ſeinen Gläubigen. It. Gewiß. p. 100. Wo hat Gottes Wort verheiſſen/ daß Chriſtus ſelbſt in uns Gottes Ebenbild ſey?	Ad verba Chriſti Joh. 17. 22. ſcribit Gerhard. Harm. p. 1702. *Qvidam exponunt de gloria divinæ imaginis per* NB. *CHRISTUM, qvi eſt ſubſtantialis imago*, NB. *in CREDENTIBUS*

reparata. Chriſtus enim non tantum, qvatenus eſt æternus & unigenitus DEI *filius, eſt eſſentialis imago Patris, ſed etiam humanæ ipſius naturæ, qvam nobiscum communem habet, inſculpta eſt paternæ gloriæ viva effigies*, NB. *ut membra corporis ſui Myſtici in eam transformet. Huic interpretationi accommodari poſſet dictum Apoſtolicum 2. Cor. 3, 18. nos omnes retecta facie gloriam Domini intuendo in* NB. *eandem imaginem transformamur à gloria in gloriam.* Ne-

Negant novi Scholaſtici, DEUM & imaginem ejus eſſe lumen proprium, negant: Chriſtum inſtaurare in nobis DEI imaginem, negant: in eo ſitam eſſe ſalutẽ; fidem ab imagine DEI ſeparant. vid. Buch. Gewiß. p. 3. adeoqve hominem propter imaginem DEI, DEO placere, pernegant, contra 1. Tim. 2, 3. tenebras malitiæ in Paradiſum transferunt. Si enim imago DEI non eſt lux vera, qvid niſi tenebræ? Ubi non eſt lux vera, ibi veræ tenebræ. Mirum igitur non eſt, Schelvv. in Synopſ. Art. 33. p. 323. Protoplaſtis in Paradiſo delectationem & gaudium in rebus creatis, & qvidem NB. ſolius delectationis gratia tribuere, & p. 327. Q. 6. veris Chriſtianis luſum ſolius delectationis gratia concedere, ita ut fruātur creaturis. p. 325. Ratio eſt p. 327. qvia potentia ſenſuum ſit à DEO creata, E. & delectatio ſenſuum pro peccato non poſſet haberi, qvando homo creaturis fruitur ſolius delectationis gratia. Qvando Schelvvig dicit, fruitio NB. *ſolius* delectationis gratia, omnino excludit omnes alios fines, & ſolam delectationem pro fine ultimo agnoſcit. M. Bücher veritatē victus con-

cedit Menſ. IX. p. 348. ſolius delectationis gratia frui creaturis, illorum eſſe, qvorum DEUS venter eſt. Phil. 3. Qvodqve Chriſtianus actiones omnes dirigere debeat eo, ut ſolo DEO fruatur. Sed Schelvvigium liberare non poteſt ab errore Epicuræo diſtinctionibus Scholaſticis confuſiſſime coacervatis, uſum mediorum confundit cum fruitione finis, ſibi ipſi contradicit, dum uſum creaturarum finem & ſecundarium & primarium vocat, qvẽ in eo conſiſtere ait, ut qvis ſolius delectationis gratia creaturis fruatur, qvem finem ipſe cultum idololatricum ventris agnoſcit, & Schelvvigii doctrinam tamen eſſe fatetur. Ad excluſivam *SOLIUS* delectationis gratia, reſpondet: *EXCLUSIVA NON EXCLUDIT SUBORDINATA, SED OPPOSITA.* Ergo Bücherus & Schelvvigius docent: *fruitionem creaturarum, ſolius delectationis gratia, & fruitionem DEI, ſolius delectationis gratia, non eſſe oppoſita, ſed ſubordinata.* Poteſt igitur ſecundum eorum doctrinam qvis & DEO frui, *SOLIUS delectationis gratia*, & mundo frui, *SOLIUS delectationis* gratia, qvæ ſint ſubordinata, non oppoſita. Hæc ipſa Epi-

curæa

curæa doctrina eſt hoc myſteriũ iniqvitatis & Atheiſmi practici, qvod myſterio pietatis è diametro repugnat. Ubi Spiritus S. docet, qvod fruitio creaturæ *SOLIUS* delectationis gratia (qvæ, ut Bücherus agnoſcit, finis ultimus eſt; propterea enim diſtingvit inter *ſubordinata* & *oppoſita* in fine ultimo) & fruitio DEI, *SOLIUS* delectationis gratia, ſint *ſubordinata?* Nullibi. Sunt hæc è diametro verbo divino *oppoſita*. Amor & delectatio mundi, & Amor ac delectatio DEI, nullo modo poſſunt ſubordinari, etſi ut fines intermedii conſiderentur, multo minus ſi ut duo fines ultimi cum Buchero conſtituantur. Nam, ſi qvis *ſolius* delectationis gratia fruitur mundo, is *ſolius* delectationis gratia non fruitur DEO. *Si qvis amat mundum, in illo non eſt amor Patris.* 1. Joh. 2. 16. Delectatio plus eſt, qvam amor. Amor enim fons, delectatio rivus eſt. Confer Theol. noſtram vere Evangel. l. 2. c. 3. §. 8. Nemo poteſt duobus dominis ſervire, qvi ſibi invicem contrariantur; mundus & DEUS contrariantur ſibi, Ergo nemo poteſt ſimul DEO & mundo ſervire, multo minus illis *frui*, omnium minime *ſolius*

delectationis gratia. Hæc enim *Epicuri* doctrina eſt, qvi *ſolam voluptatem per ſe* expeti poſſe fatetur. Calliphon & Dinomachus apud Ciceronem Qv. Acad. l. 4. *hominem jungunt cum belua, voluptatem cum honeſtate,* Conf. Auguſtin. c. Julian. lib. 6. c. 16. Synopſ. veritatis divinæ noſtram art. 33. th. 6. p. 498.

Bucher, qvi duos fines ſibi conſtituit, oculum πονηρὸν habet, intentio ejus non eſt pura. Non tantum cum Calliphonte et Dinomacho errat, ſed et falſa eſt propoſitio hæc: *Poteſt qvis amare mundum & ſimul DEUM*; magis falſa hæc: *Poteſt qvis frui mundo, & ſimul frui DEO*; falſiſſima: *poteſt qvis SOLIUS delectationis gratia frui mundo & DEO ſimul.*

Orthodoxus Johannes.	Epicuræus. Schelw. & M. Bücher.
1. Ep. c. 2. v. 15. *Si qvis diligit mundum, non eſt dilectio Patris in eo.*	Menſ. 9. p. 348. Der Schwermer (Johannes) verſtehet nicht die diſtinctionem inter finem *ſubordinatum & ultimum.* Ja ſpricht Er/ die Worte ſind klar/ *frui creaturis SOLIUS delectationis gratia*, da redet Schelw. und Bücher de fine ultimo. Ich muß mit meinem Gegner (Johanne) Mitleyden haben / daß er die Logicam

cam nicht beſſer gelernet. Denn ſonſt würde ſie ihm in der doctrina de Propoſitionibus Excluſivis die Regul vor die Naſe gehalten haben: *Excluſiva non excludit ſubordinata, ſed oppoſita.*

Orthodoxus.	Epicuræus.
D. Hunnius in 1. Joh. 2, 15. *Sumtum id eſt ex loco NB. PUGNANTIUM, quaſi dicat, qui mundum, mundique prava ſtudia diligit, is DEUM diligere nulla ratione poteſt, ſiquidem DEO nihil magis NB. CONTRARIUM.*	Schelvv. & Bücher. *Saltare, ludere, edere, bibere, FRUI mundo NB. SOLIUS delectationis gratia, & DEUM amare, non ſunt contraria, oppoſita & pugnantia, ſed SUBORDINATA.* Conf. Synopſ. Schelvv. art. 33. Qv. 6. de Libert.

Chriſtian. *Mundi amor DEI charitatem non excludit; poteſt qvis amare DEUM, & ſimul amare mundum, imo SOLIUS delectationis gratia CREATURIS FRUI.* Amor DEI & mundi *fruitio SOLIUS delectationis gratia, ſimul ſtare poſſunt.*

Orthodoxus.	Heterodoxus.
Johannes univerſaliter loqvitur: omne qvod in mundo eſt, de-	*Fruitio creaturarum ſolius delectationis gratia non eſt peccatū, tecta-*

lectatio carnis & delectatio oculorũ (Luth. Fleiſches-Luſt / Augen-Luſt) *& faſtus vitæ, non eſt ex patre, ſed ex mundo, adeoq; peccatum. Qvo imprimis illa pertinet avaritia, qvæ divitias concupiſcit* NB. *propterea, ut ſe ſaturet multas videndo opes ſuas, licet eis non fruatur. Nec ſpectacula & ſimilia excludenda ſunt. Alioqvi namq; oculi qvoq; non minus, qvam auditus & olfactus, concupiſcentiæ carnis inſeruire coguntur; ſed carnis voluptates in Aſpectu non terminãtur.* Seb. Schmid. in 1. Joh. 2, 16. p. 205.

ſed libertas Chriſtiana, Synopſ. Schelvv. art. 33. *famam & bonores apud homines qværere licet. Finis intermedius eſt amor mundi, fruitio creaturarum, ſoliq; delectationis gratia. Fruitio mundi ſolius delectationis gratia & amor DEI, non ſunt oppoſita, ſed ſubordinata.* Buch. Menſ. 9. p. 348. *Spectacula ſcenica adornare, eadẽ ve ſpectare, aut QVOQVO MODO adjuvare, non dedecet Chriſtianũ.* Schelvv. Synopſ. art. 33. Qv. 5. *Qværitur de gaudio ipſo, non de gaudii determinatione.* ib. qv. 1

Chriſtus.

Matth. 16, 24. ſeq. *Si qvis me vult ſeqvi,*

Bücherus.

Fanatici, qvi Logicam non didicerunt,

re-

renuntiet ipſe ſibi, tollat crucem ſuam, & me ſeqvatur. Nam qvi animam ſuam ſervare voluerit, eam perdet: qvi vero animam ſuā mea cauſa perdiderit, eam inveniet. Qvid enim proderit homini, ſi vel totum mundum lucretur, & animæ ſuæ jacturam faciat?

non poſſunt diſtingvere inter *ſubordinata & oppoſita.* Animam ſuam ſervare, totum mundum lucrari, *creaturis ſolius delectationis gratia frui*, & ſalvari, ſunt *ſubordinata*, *finis intermedius eſt*, mundum lucrari. Qvia igitur hæc non ſunt *oppoſita*, Fanatica doctrina eſt: ſibi renuntiare, crucem ſuam tollere, animam ſuam Chriſti cauſa perdere. Si Fanatici Logicam didiciſſent, poſſent ſine cruce Chriſtum ſeqvi, & mundum non modo lucrari, ſed eo qvoq; *ſolius delectationis cauſa frui.*

Paulus.

I. Cor. VII, 29. 30.

Qvi uxores habent, perinde ſint, ac ſi non habeant: & qvi gaudent, ac ſi non gaudeant: & qvi emunt, ac

Bücher.

Uxoribus, gaudio, *creaturis* omnibus licet non tantum uti, ſed & abuti, i. e. *frui ſolis delectationis gratia.* Hic enim eſt

ſi non teneant. Et qvi utuntur hoc mundo, ita ut non abutantur.

v. 33. *Maritus mundana curat, uxori ut placeat, atqve ita diviſus eſt.*

finis intermedius. Faaticorum eſt, non diſtingvere inter *oppoſita & ſubordinata:* Orthodoxum autẽ, diviſum eſſe, mundo abuti, i. e. *ſolius delectationis cauſa frui.*

Chriſtus.
Matth. 6, 24.
Nemo poteſt duobus dominis ſervire; aut enim hunc odio habebit, & alterum diliget: aut huic adhærebit, & alterum negliget. Non poteſtis DEO ſervire & Mammonæ. Conf. 1. Tim. 6. 10. Rom. 6 19.

Schelvv. & Bücher.
Chriſtiana libertas eſt, *mundo frui ſolius delectationis gratia*, & hac ratione ei ſervire; Mundus enim & DEUS non ſunt *oppoſita*, ſed *ſubordinata*, poteſt qvis *ſolius delectationis gratia frui creaturis* & ſimul DEO. Poteſt homo ſubordinate DEO ſervire & mundo. B. Menſ. IX. p. 348. Schelvv. Synopſ. art. 33. de libertate Chriſtiana.

Chemnitius Harm. in l. c. p. 499.
Qvi duobus dominis

Schelvv. & Bücher. Menſ. IX. p. 348.
DEUS & mundus *ad-*

adverſarius & hoſtib9, qvi contraria moliuntur et præcipiunt, vult operam ſuam addicere, non judicatur fidelis miniſter, ſed perfidy nebulo & proditor. Avari tamen prætendunt, ſe nihilominus etiam DEO ſervire velle (ſubordinate). Dicit p. 500. ego nullo modo DEUM odio habeo, nec opes plus diligo, qvam DEUM. ib. Nemo fatetur, ſe DEUM odio habere. Mammonæ ſervire, eſt in divitiis ſummum bonum conſtituere (iis frui NB. ſolius delectationis gratia.) *Vulgaris perſvaſio eſt & generalis, nos ſimul poſſe & DEO ſervire, ac nihilominus etiam pravis concupiſcentiis obtemperare* (ſubordinate.)

non ſunt duo adverſarii & hoſtes, nec contraria moliuntur & præcipiunt, ideo poſſumus *mundo ſolius delectationis gratia frui*, ita ut ſimus fideles miniſtri DEI, non autem perfidi nebulones & proditores. Schelvv. & Bücher prætendunt, ſe nihilominus *DEO frui poſſe, & mundo ſubordinate*, negant: ſe DEUM odio habere, etiamſi *creaturis ſolius delectationis gratia fruantur*, adeoq; re ipſa in illis ſummum bonum conſtituant. Hæc vulgaris idololatrarum perſvaſio eſt, poſſe nos ſimul DEO ſervire & *mundo ſolius delectationis gratia.* Qvæ ſervitus & cult9 idololatric9 eſt.

D. Gerhardus. Comment. in Deut. c. X. p. 661.

DEO NB. *SOLI ſerviendum. Ergo religioſus cultus ſanctorum, imaginum, reliqviarũ &c. in Papatu uſitatus improbandus.* Nec cum Schelvvig. Bücher. & Pontificiis diſtingvendũ inter *ſubordinata* & *oppoſita*, cultum ſanctorum cultui divino eſſe ſubordinandum.

Jacobus. c. 4. 4. *Adulteri & adulteræ, an neſcitis, qvod amicitia mundi inimicitia DEI ſit? Qvi igitur voluerit eſſe amicus mundi, inimicus DEI efficitur.*

Si adulter eſt, qvi amat mundum, qvanto magis ille,

Schelvv. & Bücher. Menſ. IX. p. 348.

DEO *ſolo* non debemus *frui*, ſed etiam *creaturis*. DEO *ſolo* non delectemur, ſed etiam *creaturis*, qvibus *fruamur ſolius delectationis gratia*. Amor mundi & amor DEI, imo delectatio in mundo, & delectatio in DEO, non ſunt *oppoſita*, ſed *ſubordinata*.

Schelvv. & Bucher. negant, qvod amicitia, amor & *delectatio mundi*, ac *creaturarum fruitio ſolius delectationis gratia*, inimicitia DEI ſit. Qvi ſolius delectationis gratia amici mundi ſunt, eoqve fruuntur, eo ipſo ini-

qvi ſolius delectationis gratia mundo fruitur? An neſcitis adulteri, qvod nemo poſſit frui mundo ſoli, delectationis gratia, & non contrarius eſſe DEO? ſed mundus non diligit DEUM. Ergo amor & delectatio mundi & DEI non ſunt *ſubordinata*, ſed *oppoſita & contraria*.

mici DEI efficiuntur. Putat Schelvv. amicitiam DEI & mundi, adeoqve *fruitionem creaturarum ſolius delectationis gratia*, & fruitionem DEI, non eſſe *contraria* vel *oppoſita*, ſed *ſubordinata*. Amicitiam mundi, ejusq; delectationem, *finem ſubordinatum* vocat. Menſ. IX. p. 348.

Chriſtus.
Matth. 10, 23.

O! qvam difficulter, qvi pecunias NB. HABENT, in DEI regnum ingredientur!

V. 24. Qvam difficile eſt, fretos pecuniis (pecuniis ſolius delectationis gratia fruentes) *in DEI regnum ingredi?*

Bücher.
Menſ. IX. p. 348.

O qvam facile, qvi pecunias habent, in regnum DEI ingredientur!

Si Chriſtus Logicam didiciſſet, ex mente Bucheri potuiſſet diſtingvere inter *ſubordinata* & *oppo-*

oppoſita, ideo ſecundum Bucherum facile eſſet, eos non modo, qvi pecunias habẽt, ſed etiam eos, qvi *iis ſolius delectationis gratia fruuntur*, in DEI regnum ingredi.

Chriſtus.	Bucher.
Matth. 4,10. *Domino DEO tuo* NB. μόνῳ λατρεύσεις, *SOLI ſervies.* Chemnit. Harm. Ev. in h. l. *Ea, qvæ ad cultum DEI pertinent, ita DEO ſunt tribuenda, ut nulli creaturæ communicentur: hoc eſt, ne ea partiamur inter DEUM & inter creaturas, ut vel partem DEO, partem creaturis deferamus.* *Diabolus enim non flagitat, ut Chriſtus DEUM Patrem prorſus non adoret, ſed tantum petit ſibi etiam NB. aliquid ejus honoris deferri.*	Creaturis frui NB. *ſolius delectationis gratia*, libertas Chriſtiana eſt. Hic *finis* actionum *ſubordinatus* eſt; ſoli DEO ſervire, & *ſolius delectationis gratia creaturis ſervire*, non *oppoſita*, ſed *ſubordinata* ſunt. Bucher vult, ut partiamur fruitionem ſolius delectationis gratia inter DEUM & creaturas, ut vel partem DEO, partem creaturis, inprimis ventri, idolo Pſeudorthodoxo Phil. 3. deferamus.

Idem

Idem l. c. *Sed Chriſto reſpondet per particulam EXCLUSIVAM: (SOLUM DEUM adorabis & coles) ne qvis fingat, Diabolum qvidem non eſſe adorandum, nec colendum; angelis vero & ſanctis honores illos poſſe deferri. Recte itaqve hæc ſententia contra cultum & invocationem ſanctorum opponitur.*

Bucher horribilem idololatriæ errorem Schelvvigii non ita exponit, ut DEO prorſus non fruamur, ſed tantum, ut etiam *aliqvid creaturis deferamus*, qvarum amorem & *fruitionem ſolius delectationis gratia amori* divino *ſubordinatam*, non autem *oppoſitam* judicat. M. Bucher. Menſ. IX, p. 348. Bucherus fingit per particulam excluſivam (*SOLIUS delectationis gratia frui creaturis*) non qvidem excludi fruitionem in DEO, adeoq; Diabolum non eſſe colendum; *mundo tamen ſolius dilectationis gratia eſſe fruendum.* Putat, verum ſolius DEI cultum, idololatriæ malè opponi, qvia cultum veri DEI, & idololatriam, non *oppoſita*, ſed *ſubordinata* eſſe docet.

Chem-

Chemnitius l.c.p.193.

Obſeruetur, qvid ſit adoratio, qvæ nulli creaturæ tribuenda eſt. Diabolus enim non poſtulat à Chriſto, ut adoratione tribuat ſibi, qvod ſit æterna & divina eſſentia (finis ultimus) *ſed ut agnoſcat diabolum bona mund. diſtribuere* (& ſit hominis finis intermedius, DEO vero ſubordinatus.) *Chriſtus autem dicit, hanc adorationem ſoli DEO ita deberi, ut blaſphemia ſit, ſi ea ulli alicui creaturæ tribuatur.*

Schelvv. & Bucher.

Obſeruetur, qvid ſit *fruitio*, qvæ *creaturis* tribuenda *ſolius delectationis gratia.* Bucher enim expreſſe non poſtulat, ut mundo tribuamus, qvod ſit DEUS (finis ultimus) ſed ut agnoſcamus, mundum eſſe *finem intermedium, DEO ſubordinatum.* Negat amorem DEO ſoli ita deberi, ut creaturis non tribuatur fruitio earũ, ſolius delectationis gratia. Qvæ ipſa blaſphemia eſt Bucheriana.

Paulus.
Gal. 1: 10.

Gedencke ich Menſchen gefällig zu ſeyn? Wenn ich den Menſchen noch gefällig were/ ſo were ich Chriſti Knecht nicht.

M. Bücher.

Der gute Mann hat hören läuten / und nicht zuſamen ſchlagen. Häte er die Logicam gelernet

net / ſo hätte er gewuſt / daß das der finis intermedius wäre / ſolius delectationis gratia frui creaturis, und alſo auch einer wohl ſolius complacentiæ cauſa, allein den Menſchen zu gefallen leben und predigen könne / denn das ſind nicht *oppoſita*, ſondern *ſubordinata*. Die Fanatici verſtehen die Logicam nicht / darumb leugnen ſie / daß man zugleich könne den Menſchen gefällig / und auch Chriſti Knecht ſeyn.

Clariſſimis verbis faſſus eſt errorem Schelvvigii, Cenſor qvidam anonymus in Unſchuld. Nachrichten in Cenſ. Synopſ. veritatis divinæ p. 336. ubi mavult cum Schelvvigio errare, qvam Chriſtianam veri nominis orthodoxiam ſeqvi. Refutat autem ille, alias vir doctus, M. Bucherum, non diſtingvendo inter finem ultimum & intermedium; concedit enim, Schelvvigium de fine ultimo loqvi, qvia ſolius delectationis gratia creaturis frui poſſe Chriſtianos docet, qvamvis Cenſor ſæpe erubeſcat, Schelvvigii excluſivam SOLIUS allegare, ne Schelvvigio ægre faciat, & veritas innoteſcat. Neqve adeo ſtultus eſt, ut cum Buchero diſtingvat inter *oppoſita* & *ſubordinata*; non enim adeo obeſæ naris eſt, ut non odoretur

fritio-

fruitionem mundi ſolius delectationis gratia, & fruitionem DEI propter eundẽ finem, non poſſe non ſibi invicem opponi.

Ingenue igitur fatetur errorem Pſeudorthodoxum, à Buchero callide tectum, & ſtoliditate Metaphyſica peſſime palliatum, neqve negat, Schelvvigium voluptatis agmen in Paradiſum, ut pulcherrimum floſculum introducere, hac ratione:

Schelvvig & Bucher **in Unſchuld. Nachrichten** p. 336.	D. Gerhard. Comment. in Gen. 3:6. p. 84.
S. literæ ipſi NB. INNOCENTIÆ ſtatui APPETITUM guſtus & oculorum concedunt. Gen. 3:6. Eva in *INNOCENTIÆ* ſtatu adhuc fuit, cum arborem adſpexit. Gen. 3:5,6. *qva concupiſcentia erat oculis. Aſpectus ille fuit ſine peccato, conſiſtens in appetitu naturali ſine peccato.*	*LAPſUS ipſe deſcribitur ab aſſenſu fœminæ interiore. Et vidit mulier, qvod arbor bona ad cibum, & qvod deſiderabilis eſſet oculis, & concupiſcibilis arbor ad intelligendum. Poſtqvam Eva ſerpentis fraude a verbo abducta, NB. FASCINAVIT ſerpens oculos, & mentem ipſius, ut*

ut arbor ipſi videretur bona. DEUS addita comminatione docuerat, non eſſe bonum ab hac arbore veſci, ſed ſenſuum & mentis judicium à Satana DEPRAVATUM ſtatuebat contrarium. Ibid. *Contulit infelix Eva mendaciſſima Satanæ promiſſa cum pulchritudine arboris exteriore, & corrupto mentis judicio exiſtimavit, arborem eſſe bonam ad veſcendum.* Fagius in Gen. 3, 6. ſcribit: Mulier pendens à verbo Domini, longe *aliud judicium* de arbore vetita habuit, qvam modo excluſo verbo Domini. Prius enim credebat, & recte qvidem, arborem illam noxiam eſſe cum fructibus ſuis, qvare operam dedit, ut nec de ea ederet, nec contingeret, nec curioſius contemplaretur. Modo autem *repudiato verbo Domini*, longe aliter ſentit & judicat. Triplici *cupiditate titillatur* &c. Habet emphaſin ET VIDIT &c. Oculis enim & mente in arborem, a qva ſibi antea tantopere timebat, tota intenta fuit. Deſcribitur ergo hic *aſſenſus NB. PECCATI* & NB. *MALÆ CONCUPISCENTIÆ, qvæ etiam per viſum, mentisqve conſiderationem magis magisqve accendebatur.* Pſ. 119. *averte oculos meos, ne videam vanitatem.*

Qvemadmodum Bucherus docet fruitionem creaturarum ſolius delectationis gratia, adeoq; amorem, delectationem & fruitionem mundi, & amorem DEI, non eſſe *oppoſita*, ſed *ſubordinata*, ita & Diabolus Evæ perſvaſit: *non morte moriemini.*

Diabolus Gen. 3, 1--6.	M. Bucher. & Schelvv. Menſ. 9. p. 548.
Nimium ſimplex & phanatica es Eva, qvæ putas, arboris hujus fructum *ſimpliciter* eſſe interdictum. Non intelligis *Logicam*, nec doctrinam de *univerſali*. Simplicitas tua fanatica neſcit diſtingvere inter *ſubordinata* & *oppoſita*. Non eſt peccatum, *ſolius delectationis gratia frui creaturis omnibus*, non pugnat hoc	Der Schwärmer verſtehet nicht die diſtinctionem inter *finem ſubordinatum & ultimum*. Poteſt qvis *ſolius delectationis gratia frui creaturis*. Ich muß mit ihm Mittleiden haben / daß Er die Logicam nicht beſſer gelernet. Denn ſonſt würde ſie ihm in der *doctrina de propoſitionibus excluſivis* die Regul vor die Naſe gehalten haben: *Excluſiva non excludit ſubordinata, ſed oppoſita.* Non ſunt *oppoſita* caro & Spiritus cum

cum cultu divino, ſed tantum cum ſimplici intellectu fanaticorũ. 2. Cor. 11. 4. Non inhærendum eſt τῷ ῥητῷ verbi divini, διάνοια Logica ſimplicitati fanaticæ eſt præferenda. Joh. 8. 44. Non obliviſcitur homo præcepti divini, qvando illud transgreditur, retinet enim illud in *memoria*, cui ſemper adeſt DEUS NB. *aſſiſtens* & præſens. Conf. Auguſtin. 11. de Geneſ. ad lit. c. 30. Gal. 5, 17. ſed *ſubordinata*. Caro poteſt *ſolius delectationis gratia frui creaturis*, & ſpiritus ſolius delectationis gratia DEO, ſimul. Paulus non didicit Logicam. Impius in *memoria* retinens DEI gratiam, habet non tantum DEUM præſentem, & NB. *aſſiſtentem*, ſed etiam *aſſiſtentem DEI gratiam*. Eſt omnino communio luci cum tenebris, concordia Chriſto cum Belial, pars fideli cum infideli, conuentio templo DEI cum idolis. Non eſt exeundum ex medio impiorum. Separatiſmus fanaticorum eſt, qvi nolunt tangere immundum. Impii ſunt illuminatiſſimi, vivam & ſpiritualem habent Theologiam. Si Paulus 2. Cor. 6. 15. 16. *Logicam* didiciſſet de propoſitionib9 *excluſivis*, non oppoſuiſſet lucem tenebricoſo in-

intellectui impiorum, habent omnino infideles eandem Theologiam & illuminationem cum infidelibus.

Gen. 3, 6. *Aſpexit fœmina arborem, quod illa* תאוה *NB.* *CONCUPISCENTIA oculorum.* Deut. 5, 18. לא תתאוה *non CONCUPISCES.*	Schelvv. & Buch. in Nachrichten. *Non omnis conſenſus CONCUPISCENTIÆ eſt prohibitus.* p. 532. *CONCUPISCENTIA ſenſuum non eſt per ſe peccaminoſa* p. 531. ad p. 32. *S. literæ NB. ipſi innocentiæ ſtatui appetitum guſtus & oculorum NB. concedunt* Gen. 3. 6. p. 336.

Ergo concedunt תאוה *CONCUPISCENTIAM. Solius delectationis gratia creaturis frui*, non eſt peccatum, ſed libertas Chriſtiana. Delectatio hæc mundi, & amor DEI, non ſunt *oppoſita*, ſed *ſubordinata. Concupiſcentia non eſt peccatum* ib. p. 532. *fontem mali in appetitu & fruitione creaturarum ſolius delectationis gratia latere, Stoice affirmatur, & a Montaniſmo parum abeſt*: ib. p. 343. Quæſtio erat, num in ſtatu imaginis divinæ fuerit *CONCUPISCENTIALIS inſtinctus ad voluptuoſa odoranda, guſtanda, audienda &*

& videnda. Spiritus S. Deut. 5. prohibet התאוה *concupiſcentiam*, & Gen. 3. 6. *lapſum Evæ deſcribens*, in eo ipſo peccati rationem conſiſtere docet. Cf. Rom. 7. Novi autem Pelagiani noſtri ibidem hanc *concupiſcentiam* conceſſam eſſe, ſine fronte affirmant. Hoc ipſo autem cum Pelagianis omnium voluptatum agmen in Paradiſũ introducunt, ut oſtenſum eſt in Synopſi Verit. divinæ Diſſert. Procem. §. 4. 5. 6.

Eadem qvoq; diſſertatione §. 5. demonſtravimus, Scheivvigium & Bucherum cum Pelagianis & Epicuræis docere: concupiſcentiam homini concreatam & naturalem, adeoq; in ſtatu integritatis adfuiſſe, qvem errorem ſolide probat Cenſor anonymus **in Nachrichten** / docens: *ſacras literas ipſi innocentiæ ſtatui appetitum guſtus & oculorum, i. e. CONCUPISCENTIAM* תאוה *Gen. 3. 6. concedere, cum diſcrimen peccati & naturæ, ſaluo appetitu NB. naturali* (תאוה ſ. concupiſcentia) *in ſe conſiderato, integrum maneat, imo eundem ſupponat.* Docet igitur *ſtatum purorum naturalium*, cum natura in ſe conſideretur, adeoq; ſine imagine DEI, & ſine pec-

 cato

cato detur, cujus appetitus ſ. תאוה i. e. *concupiſcentia* Gen. 3, 6. non ſit peccatum, ſed, ut loqvitur p. 137. Delectatio mera, qvatenus ab ἀταξία, exceſſu, turpitudine NB. abſtrahimus. Hæc abſtractio eſt Chymæra Pſeudorthodoxa, & nihil aliud, qvam Pontificiorum *ſtatus purorum naturalium*. Contradicit autem ſibi Cenſor aperte, qvando Schelvvigianam theſin de fruitione creaturarum ſolius delectationis gratia, hanc delectationem vocat, qvæ eo ipſo ſumma ἀταξία eſt, qvia nec refertur, nec referri poteſt ad DEUM, & Bucherus vi veritatis victꝰ reſpondet, delectationes has v.g. ex Choreis Polonicis & Germanicis, tantùm de regenitis intelligendas eſſe, qvod in illis non ſint peccatum. Ubi abſtractum Cenſoris? Ubi Chymæra Pſeudorthodoxa? O nefandū errorum inter ſe diſſidium!

Qvæſtio erat, num in ſtatu imaginis divinæ fuerit CONCUPISCENTIALIS inſtinctus ad voluptuoſa odoranda, guſtanda, audienda & videnda? Cenſor Anonymus, docens fruitionem creaturarum ſolius delectationis gratia eſſe *ap-*

peti-

petitum naturalem Geneſ. 3. 6. qvam תאוה concupiſcentiam peccatum eſſe negat, conſentit Pontificiis hâc ratione.

Heterodox9 Pontif.	Heterodoxus Schelvvig. Synopſ. art. 33. Qv. 4. *Potentia ſuper jucundis, etiam qvæ divina non ſunt, ridendi, à DEO eſt. Ergo actus hujus potentiæ non dedecet Chriſtianũ. ib. Qv. 7. Choreæ hominum diverſi ſexus, qvales hodie in Germania & Polonia duci ſolent, non ſunt peccatum, qvia ſalus Eccleſiæ non eſt in pedibus ſita, & motus corporis non eſt peccatũ.*
Eſtius in 1. Joh. II, 16 *oſtendit hic loco, concupiſcentiam, qvæ alio loco fomes peccati nominatur, non eſſe facultatem naturalem appetendi jucunda, & moleſta fugiendi, hæc enim facultas à DEO auctore naturæ eſt.*	

Negat Schelvv. cum Pontificiis, *peccatũ* homini eſſe NATURALE poſt lapſum, ideoq; cum illis *naturalia pro peccato non habet*, & cum Epicuræis docet: *naturalia non eſſe turpia.* Illos, qvi concupiſcentiam peccatum vocant, calumniatur, affingendo illis, qvaſi omnem delectatio-

nem prohibeant, etiam illam, qvæ ex Spiritu S. eſt. Calumnia eſt, qvod ſimpliciter negetur, creaturam eſſe amandam DEI cauſa, cum id tantum impugnetur, qvod creatura *ſolius delectationis gratia* poſſit amari ſine peccato.

Hæc eſt noſtra Theſis orthodoxa in Theol. Evangel. Qv.28 p.16. *Nulla in ſtatu integritatis turpis laſcivia carnis, nullus concupiſcentialis inſtinctus, ad voluptuoſa videnda, audienda, guſtanda, odoranda.* Conf. Theol. Ev. l. I. Qv.15. *Nihil in appetitu repugnabat.* p. 15. Qv. 28. *Appetitus arbitrio voluntatis ſubdebatur.* Ibid. p.94. l.2. Cap. III. Qv. 29. *Probè notandum eſt, aliud eſſe facultatum humanarum vivacitatem, neceſſitatem ac utilitatem: Aliud autem pravam concupiſcentiam ſeu libidinem in illis facultatibus. Nam illæ carent peccato, non autem hæc. In libidine ſentiendi peccatum reſidet.* ib. Qv. 15. p. 82. *Actio ſolius delectationis gratia inſtituta peccatum eſt.*

Qvemadmodum Schelvv. & Bucher concupiſcentiam & omne voluptatis agmen in Paradiſum introducunt, ita & fruitionem creaturarum ſolius delectationis gratia libertatem Chriſtianam vocant.

cant. Qvare omnia ſcripturæ dicta non niſi carnaliter exponunt, inprimis Eccleſiaſten, Canticum canticorum &c. v.g. Salomon ſcripſit משלים i. e. *parabolas* vulgò Proverbia, in qvibus Parabolis ſenſus myſticus ineſt. Qvicqvid enim myſteriorum divinorum unqvam revelatum eſt, ceu in breviario qvodam omne ferè congeſtum eſt, cum maxima dicendi gravitate. Deſcribitur ibi creatio, Trinitas, Peccatum, gratia, regeneratio, Chriſtus &c. Unde ipſe Chriſtus ſuos remiſit ad Proverbia ſeu Parabolas, qvæ ſunt verba ſapientum, Conf. ex multis *B. Sam. Boblii Prof. Theol. in Acad. Roſtoch. ordinarii Commentarium ſuper Proverb. Salomon. Anno 1640. Roſtochii editum.* Salomon Proverb. V. *parabolicè* & *myſticè* ſvadet, ut filius DEI attendat *ſapientiæ divinæ*, ut virgini ſvaviſſimæ, non autem alienæ i. e. *ſapientiæ terrenæ*, Philoſophiæ Gentili, *cujus labra favo fluunt, exitus verò amarus, cujus pedes ad mortem, veſtigia ad ortum tendunt. Bibat igitur filius DEI ex ciſternis gratiæ divinæ aqvam Spiritus S. ſcateant aqvæ rivis fontes* conf. Joh. 4. & 7. v. 18. *ſit tuus fons felix & fruere tuæ juventutis uxore* i. e. ſapientia

verbi divini, ex qvo homo fidelis regenitus eſt, qvæ ſapientia ſponſa juventutis ejus, illa eſt *amabilis cerva, lepida dama, cujus filium DEI omni tempore irrigent ubera, cujus amore potiatur ſemper, non autem aliena i. e. terrena & Philoſophica* &c.

Qvid ad hæc Bücherus? Menſ. 9. p. 350. *ubera fœminarum* intelligit literaliter & propre dicta, fœminis *ſolius delectationis gratia frui licere*, ibidem aſſerit. Ita ab uberibus ſapientiæ divinæ abhorret, ut non niſi *carnalia omnia* poſt lapſum intelligat. Qvare hanc *fruitionem* libidinoſam fœminarum *ſolius delectationis gratia* in ipſum Paradiſum & ſtatum integritatis transfert, l. c. Riſum teneatis amici! Ecce carnaliſmum ex Barbariſmo Biblico natum! Hoc modo Barbari hi pœnas dant ſtoliditatis Ariſtotelicæ, cui omne tempus impendunt, accuratô ſcripturæ ſcrutinio neglectô. Ut Schelw. & Buch. in ruborem dentur, conferamus hic doctiſſimum & diligentiſſimum Exegetam Coccejum, in Annotationibus in Prov. Salomonis c. V. p. 546. v. 18. *Lætare ob uxorem juventutis tuæ. Parabola hæc ſignificat*

Ec-

Eccleſiam, cui qvivis fidelis deſpondetur &c. Eccleſia mater eſt &c. Eadem noſtra conjux eſt, qvatenus in ea invenimus, cum qvibus laboremus ad ſemen DEI multiplicandum &c. v. 19. *Cerva velox eſt ad currendum.* Cant. 3. 8. *Ubera ejus plena lacte ſunt. Similis Parabola.* Cant. 8. 8. Conferantur hæc cum Bucheri Epicuræiſmo. Is enim ubera fœminarum propriè intelligit; Ergò & totum Canticum Canticorum de fœminæ fruitione ſolius delectationis gratia exponit. Qvanta Barbaries! Qvanta hominis impia ſtoliditas!

Optimè Coccejus ad c. V. v. 15. ſcribit: *Bibat aqvam ex ciſterna ſua, hoc eſt, ut non qværat alibi NB. oblectationem & jucunditatem, ſed ex domeſtica ciſterna, qvod ad ſitim reſtingvendam & animum exhilarandum faciat, petat. Ad hanc παροιμίαν alludit Chriſtus.* Joh. 4. 10. 14. c. 7. 37. 38. *Non poteſt hic alia ciſterna domeſtica intelligi, qvam is ipſe, qvi à Salomone Sapientia appellatur. (i. e. JESUS CHRISTUS.) Hoc igitur valet, qvod dicit, ad ſapientiam accede, tanqvam ciſternam aqva ſalutari affluentem, ex qva ſitim tuam reſtingvere poſſis, ita ut aliam*

aqvam

aqvam non deſideres. Omnia enim in ipſo ſunt. Et aqvæ, qvas præbet, ſunt minimè ſuſpectæ, qvin ſint ſalubres, hoc eſt, voces, qvibus ipſe loqvitur, ſunt λόγοι ὑγιαίνοντες &c. Hæc omnia de Chriſto optimè dicta. M. Bücher cum Schelvv. exponit de uberib, fœminarum & libidinoſa *fruitione* earum *ſolius delectationis gratia*, & hanc Matæologiam in ipſum Paradiſum transfert. Menſ.9. p.350. En Epicuræum Barbariſmum, plus qvam Cyclopicum! hinc illæ lacrymæ, hinc illæ calumniæ! Negant Pſeudorthodoxi inſtaurationem imaginis divinæ eſſe finem intermedium Theologiæ, fruitionem autem creaturæ ſolius delectationis gratia, finem actionum intermedium docent. Confundunt omnia errando & calumniando, ut in turbido piſcari & rem ſuam agere i. e. regnum Chriſti diſtruere poſſint. Exempli loco ſit Cenſura Anonymi, qvi qværit: *An imago DEI, qvæ erat ante lapſum, ſit adæqvatũ exemplar regenerationis & ſtatus gratiæ, adeò ut regenito nihil liceat & conveniat, qvod cum imagine illa non qvadret?* Hæc eſt Pſeudorthodoxa i. e. Sophiſtica & calumnioſa ſtatus controverſiæ mutatio. Satis diſtinctè

ſtinctè diſcrimen imaginis DEI ante & poſt lapſum in Theologia verè Evangelica poſitum eſt,ſatis clarè ibid. Qv.55.58.59 60.61.62. ad objectiones impias & ſubdolas Pſeudorthodoxorum reſponſum.

In Theol. Evang. l.1.Q.56. qværitur : *Qvid diſcriminis eſt, inter imaginem DEI ante lapſum & poſt lapſum inſtauratam? & reſpondetur: Ante lapſum imago DEI ſe potuit plenis radiis in homine exſerere. Inſtaurata autem poſt lapſum, qvamvis in fidelibus dominetur, multis tamen impeditur nebulis, donec aliqvando pateſiat in gloria* Col. III.4. *Ante lapſum merito Chriſti non opus fuit, qvo tamen poſt lapſum opus eſt.* 2. Cor.III,18. Joh. I.16.17.

Error IV. D. Schelvv. & M. Büch. de Theologia.

Negant Pſeudorthodoxi, DEUM eſſe verum lumen, negant imaginem DEI lumen proprium eſſe, hinc & Theologiam fidelium ac piorum lumen ex DEO eſſe pernegant; Infidelibus autem & impiis non tantum verum lumen, ſed & veram & ſupernaturalem Theologiam tribuunt.

D.

D. Schelvv. in Synopſ. art. 1. Q. 2. docet: Theologiam *ſine fide*, Qv. 4. *ſine pietate*, Impios vocat θεοδιδάκτους. Q. 6. notitiam *ſine fide* vocat *ſpiritualem, divinam, vivam, ad Tertium Symbol. Apoſtol. articulum pertinentem*, Q. 7. Hæc Heterodoxia eſt ψευδώνυμος γνῶσις falſò nominata ſcientia, ut in Exegeſi 1. Epiſt. ad Tim. §. 3. ſeq. probavi. Ibid. §. 12. demonſtravi: notitiam hanc literalem non eſſe ſpiritualem.

Heterodoxi

Schelw. & Büch.

DEUS non eſt lumen proprium, nec imago DEI lumen proprium eſt, ideoq; Theologia non eſt lumen verum, qvod à Chriſto per lucem verbi in oculum Theologi dimanat. At hei qvoq; & infideles ac impii veram, ſpiritualem & ſupernaturalem Theologiã habent, ignis infernalis eſt

Orthodoxi.

Danh. Hodoſoph. p. 7.

Theologia noſtra eſt lumen, à qvo Theologi lumina Mundi, lychni vocantur & ſtellæ Matth. V. 14 Joh. V. 35. Apoc. I. 20, 1. *VERUM, hoc eſt, veris luminis proprietatibus imbutum, ut ſunt puritas ſyncretiſmo, charitas tenebris (ideam hic definimus) oppoſita; ſoliditas, qvalis non eſt in luce nocturna ligni putridi.* 2. DERIVATUM, *ſic enim à ſole ema-*

emanatio ex Spiritu S. in Diabolos: Conf. loca ſupra allegata

lumen differt. Sol in hac noſtra hodoſophia Chriſtus eſt; lumen qvaſi lucimen, qvod NB. ab illo per lucem verbi in oculum Theologi NB. NB. DIMANAVIT, eſt Theologia. Lumen conſtans & fixum, leviculæ flammæ, corruſcationi ac igni fatuo oppoſitum: Eſt enim Theologia habitus exercitio ſtudioq; comparatus, ἀναζωπυρώσει fovendus 1. Tim. 4 15. 2. Tim. 1, 6. Syr. 14. 22. Danh. Hodoſ. p. 10. *Theologia eſt lumen verum, cœleſte, in oculo mentis ſpirituali ac renato, puro à neqvitia, pioq;, illuminabili ſeu docili:* 1. Cor. 2. 7. ſeq. Mundus enim Spiritus S. non eſt capax, qvà talis. Joh. 14. 17. Theolog9 renatus ſit 1. Tim. 3. 9. Matth V. 8. c. VI. 22. Luc. X. 21 Sap. 1. 4. Syr. I. 16. Pſ. 50. 61. Pius 2. Pet. 3. 16. Eſt enim hoc qvoq; lumen ἐνέργεια τοῦ διαφανοῦς Ariſt. lib. 2. de anim. l. 69.

Verba Pſeudorthodoxi.

Fanatici ſtatuunt, qvod DEUS verum lumen ſit, & imago ejus emanatio ex DEO vero

Verè Orthodoxi verba, Danh. Hodoſophia p. 8.

Theologia eſt lumen cœleſte, oppoſitum elementari, hoc eſt, lumi-

lumine, quodque vera Theologia à Cælo e ſole Chriſto detur, per ἔλλαμψιν *Spiritus S. &c. Fanatici docent, Theologiam eſſe myſterium fidei. Nos Orthodoxi etiam infidelibus veram tribuimus Theologiam. Etſi conſcientia impiorum ſit impura, & homo quoad voluntatem beſtia, in-*	*Philoſophico lumini, quod nuſpiam legas in ſcripturis lumen vocari.* Cœleſte, 1. Joh. 6. 45. Jac. 3. 15. *quia à cœlo, ex ſole Chriſto per* ἔλλαμψιν *Spirit9 ſancti in luce verbi negotioſam: e cœlo natum, e cœlo conſervandum, ſemel amiſſum, non alio quam cœleſti luce reſtammandum, e cœlo exorandum, conſervandum* 2. Cor. 2. 16. *nam* πρὸς ταῦτα τίς ἱκανός, *è cœlo ſecundandum, fœcundandũ, benedicendum &c.*

tellectus tamen eſſe poteſt illuminatisſimus. Ipſe Diabolus ex influxu Spiritus S. myſteria fidei capit & intelligit vera, divina & ſpirituali rerum ſpiritualium intelligentia. M. Buch: de not. lit: & ſp: p. 11. §. 5. Schelvv. Syn: p. 4. 5. 78. n. 4. p. 10. 12. &c.

Theologia μυστήριον πίστεως, λόγος πίστεως vocatur, 1. Tim. 3. 9. c. 4. 6. (Ergo non datur in infidelib9) Danh: Hodoſophia p. 5. *Theologia eſt habitus divinitus datus, in con-*

ſcien-

ſcientia pura ac animo devoto, qvi hominem ſummè miſerum efficaci doctrina ad ſalutem vitamq; æternam reducit. Ibid. p. 4. Theologia noſtra eſt *Lumen conſtans, cœleſte, efficax, in oculo ſpirituali, puro, illuminabili*, qvod hominem cœlo exulem, ad patriæ cœleſtis beatitudinem ductu ſvavi reducit.

Pſeudorthod.	Orthod.
Es iſt eine fanatiſche Lehre / daß aus den frommen Lehrern eine Krafft ausgehe in die Zuhörer ꝛc.	Danh. Hodoſ. p. 9. *Theologia eſt lumen efficax in alios. Neqve enim ſibi lumen, ſed aliis proſtat palam, ut*

faculam ſuam accendant omnes ab hac lampade: nec ſibi ſuisq; muſis canit theologia, ſed ultimo tota eſt practica.

Idem Danh. Hodoſ. p. 16.

Theologia eſt lumen efficax, 1. *lumine doctrinæ caliginem disſipantis*, ac ſeqveſtrantis verum à falſo. Hoc enim eſt διδακτικὸν εἶναι Tit. 1. 9. & 13. Ebr. 5. v. ult. 2. Tim. 2. 15. 2. *lumine Exempli*, non dicendi tantum, ſed & *faciendi*, λόγῳ καὶ ἔργῳ Matth. 7. 21. 22. Luc. 6. 46. Joh. 13. 17. Act. 1. 1. c. 7. 22. c. 18. 24. 3. *Ardoris*, ſeu legalis,

ad uſtionem, ſeu Evangelici ad *calefactionem* &c. Chryſoſtomus ad Act.I.1. Domus Epiſcopi ſpecula eſt, magiſtra publicæ diſciplinæ. Hieronymus ad Heliod. Orat. Baſilii erat tonitru, qvia vita ejus fulgur, ait Greg. Naz. in Epitaph. Baſil. Conf. Sen. l.1.Ep.6. Eſt enim tantùm *lucere* vanum, tantum *ardere* parùm, *ardere & lucere* perfectum. Bernh. Serm. de Joh. Bapt. *Ideò luceamus ut ardeamus, non ardeamus ut luceamus.*

Conferantur hæc cum iis, qvæ Schelvvig in Synopſi & Promach. ejus Bucherus pôſſim de impiorũ Theologia dicunt, qvæ eſt ſine fide, ſine DEO, ſine Chriſto, ſine pietate & ſalute.

M. Büch. Zugab Menſ. XI. p. 558.

Die Theologie iſt ein Habitus θεόσδοτος der von dem H. Geiſt um Chriſti willen in einem Unbußfertigen gewircket wird/ die hat den Glauben und Chriſtum in der That nicht in ſich/ ſondern iſt nur erſt dahin gerichtet/ E. ſchleuſt Er mit ſeiner Lehre den Glauben an Chriſtum/ und die Seeligkeit nebſt der Gottesfurcht võ der Theologie aus.

Bu-

Bucherus multa addit à Schelvvigio omiſſa, ne ludibrio omnium exponatur. Schelvv. enim clarè art.1.Q.3. Syn. docet: *Theologiam ſine fide, ſine DEO, ſine pietate* &c. Bucher hoc ipſum qvoq; docet, ſed addit ſaltem, qvamvis non includat Theologia fidem, Chriſtum & pietatem, *tendere tamen ad hunc finem Theologiam illam impiorum.* Verum enim verò natura non tendit ad gratiam, conceptus literalis & hiſtoricus impiorum naturalis eſt, qvia eſt ſine fide, ſine Chriſto, ſine Spiritu S. cui reſiſtunt impii. Act.7. Idcircò Pelagianiſmus eſt, dicere, qvod natura tendat ad gratiam. Hunc Pelagianiſmum ſuum ſatis diſtinctè fatetur Bücherus.

Naturam vocare gratiam, non eſt orthodoxum. Gratiam creationis Artic.1. confundere cum gratia Sanctificationis, maximè heterodoxum eſt. Aug. Ep. p.177. T.2.p.476.n.8. *Illam vero gratiam* (Art.I.) *qva creati ſumus homines, etiamſi ita appellandam non immerito intelligimus, mirum eſt tamen ſi ita appellatam in ullis Propheticis, Evangelicis, Apoſtolicisq; literis legimus.* Cum igitur creatio in S. Script. gratia ne qvidem vocetur, non dubitat tamen He-

 te-

terodoxus Bucherus etiam gratiam Art. III. vocare. Ex qvo Pelagianiſmus Schelvvigio-Bucherianus clarus eſt.

Error V. D. Schelvv. & M. Bucheri De bonitate ante fidem.

Errorẽ hunc Schelvvigii & Bucheri de bonitate morali & ſpirituali ante fidem & ſine fide, refutavimus in Exegeſi prioris Epiſtolæ ad Timotheum; Reſtat, ut demonſtretur, qvibꝰ verbis, qvam intortè & contradictoriè Pſeudorthodoxi hac de re loqvantur, qvorum verba videntur nimis acuta, qvæ acutulè ſonant, ſed diſcuſſa inveniuntur obtuſa.

Arminiani.	Cenſor Anonymus.
Actiones moraliter ac verè bonas eſſe, non ambigunt, etiamſi non proficiſcantur ex fide. Apol. f. 73. apud Calov. in Arminianiſmo p. 155.	*Bonitas moralis ante Fidem & ſine fide irregenitis non eſt denegande.* Unſchuldige Nachrichten p. 125. ſq.

M. Buch. de not. lit. & ſp. p. 4. §. 3.

Noſtra ſententia eſt, DEUM excitare in nobis NB. bonas cogitationes & conceptus veros ſeu verbo DEI conformes, per qvos mens inci-

ncipit illuminari & ſupra vires naturales levari, ad verum ſpirituale intelligendum; upidinem diſcendi verbum DEI, propoſitum mendationis ipſiusq; ſalutis deſiderium, ad bonum ſpirituale amplectendum, et hæc omnia, anteqvam fides accedat.

Bücher de notit. liter. & ſp. p. 4. §. 1. *Nos ſentimus, hominem impium, non tantum per revelationem, ſed etiam per illuminationem, ſive per lumen verbi ac gratiæ ſalutaris, viresqve ſupernaturales intellectus illuminati poſſe ea percipere, qvæ ſunt ſpiritus DEI. Motus NB. BONI à Spiritu S. excitati regenerationem viresq; ſpirituales antecedunt, qvas regeneratus per fidem in vita ſpirituali accipit.* ibid.

Hunc errorem Pelagiano-Pſeudorthodoxum refutavimus in Patre II. Hiſtor. Eccleſiaſticæ, inprimis in Diſſertat. Proœm. Synopſ. veritatis Div. §. 29. 34. ſeqq. §. 42. ad qvam veritatis demonſtrationẽ Bucherus valde cohorruit, & effugia Pſeudorthodoxiæ ſuæ fruſtrà qværendo, ſe ita implicuit, ut omnes elabendi rimas cum maximo terrore ſibi obſtructas videat. Videt errorem ſuum eſſe

Pontificium, Scholaſticum, Pelagianum, Arminianum, & Socinianum; nec ſe aliter ab horrendo errore expedire poteſt, qvam ſibi contradicendo, revocando & victas manus porrigendo. Affirmat igitur, qvod antea negavit, affirmat: bonitatem moralem in homine non dari ante fidem. Qvo ipſo non modo ſibi ipſi contradicit, ſed etiam Apologetæ ſuo, qvi eos omnes damnat, qvi bonitatem moralem ante fidem in homine non concedunt, qvo ipſo Bucherum maſculè refutat. Ex qvo interno diſſidio falſitas hujus doctrinæ apparet clariſſimè.

M. Bucher revocans errorem ſuum p. 4. B. Gewiſſen.	Anonymus Apologeta B. im Un. Nachricht p. 125. ſeq.
Uno verbo, omnis bonitatis NB. MORALIS, qvatenus DEO placet, fundamentũ eſt fides in Chriſtum.	*Datur bonitas MORALIS in homine ſine fide, error igitur eſt, irregenitis omne NB. MORALE bonum (philoſophico non excepto) denegare.*

M. Bucher Menſ. XI. p. 480. ex Danh. & Dorſchæo ipſe adducit: *Cogitationes bonas & deſideria, eſſe qvaſi flammulas ignis gratia*

tiæ plenioris ſubſeqventis. E. gratia præveniens eſt flammula fidei, ſubſeqvens vero gratia, ignis plenior ſeu fides plenior. M. B. ibid. p. 481. **ſolche gute Gedancken ſind freylich ein Anfang des Glaubens / oder ein klein Füncklein der folgenden Gnade.**

Bucher prior.	Bucher poſterior.
Bonæ ſunt in homine cogitationes & motus boni ſpirituales ANTE FIDEM. Buch de not. liter. p. 4. 3. Unſch. Nachr. p. 125.	Menſ. XI. p. 481. Solche gute Gedanckẽ ſind freylich ein Anfang des Glaubens / oder wie Dorſchæus redet / kleine Füncklein der folgenden Gnade.

Ecce vertumnum Scepticum! Bucherus primò bonitatem moralem & ſpiritualem irregenitis tribuit ante fidem, deinde ipſũ fidei initium, poſteà verò negat, ſe bonitatem moralem impiis tribuere, ita enim ſcribit.

M. B. im B. Gewiſſen p. 7.

Motus in homine ſunt ante fidem boni, & ſpirituales ſunt in genere ENTIS, quia à Spiritu S. per verbum bonum excitantur ad hominem convertendum; non tamen in gene-

re MORIS, qvia ſunt bona opera, ſed ſine concurſu regenitæ voluntatis eliciuntur ANTE FIDEM, ſine qva nemo DEO placere poteſt. Non ſunt noſtri, ſed Spiritus S. motus. Menſ. XI. p. 480. *Cogitationes bonæ ante fidem in homine ſunt non in genere moris, ſed in genere Entis, non ratione ſubjecti, ſed ratione principii, ſeu originis & objecti, bonæ ſunt, non piæ.*

Sed Bücherus apertè committit μετάβασιν εἰς ἄλλο γένος, ut loqvuntur. Diſputatio enim eſt 1. de ordine *gratiæ*, an bonitas ſit ante fidem ex gratia præveniente, adeoqꝫ de bonitate *Theologica* ſermo eſt, non de bonitate Entis, ſeu *Metaphyſica.*
2. Bonitate Entis ſeu Metaphyſicè ipſe *Diabolus* bonus dicitur Metaphyſicis, qvi tamen eſt ſine gratia præveniente.
3. Omnes *impii* bonitate Entis ſeu Metaphyſicè boni ſunt, omnes Turcæ, Judæi, Hæretici, Pſeudorthodoxi, Spiritui S. & ejus gratiæ reſiſtentes.
4. Bonitatem Entis omnia *entia naturalia* habent ſine gratia præveniente, E. non neceſſe eſt hanc bonitatem Metaphyſicā ex Theologica gratia derivare.
5. Bucher in diſſert. de notit. lit. p. 14. *bonita-*

nitatem in impiis *ex ordine gratiæ*, in ſpecie *ex gratia præveniente & excitante deducit.* E. ipſi non eſt ſermo de bonitate Metaphyſica.

7. Bonas has cogitationes & bonos motus *initium fidei* vocat Menſ. XI. 481. E. de *bonitate Spirituali* loqvitur & *Theologica*, nõ Metaphyſica.

8. Ipſe Bucher *bonitatem Spiritualem* vocat in Diſſ. de notit. lit. & ſp. l. c.

9. Anonymus im U. Nachrichten p. 125 fatetur: Bucherum & Schelvv. intelligere *bonitatem MORALEM* ante fidẽ in homine.

10. Idem l. c. inter errores refert, ſi irregenitis *bonitas MORALIS* non tribuatur.

11. Bucher bonitatem in homine ante fidem tribuit gratiæ prævenienti in Diſſert. de notit. liter. & ſpir. p. 4. ſeq. & poſtea victus veritate, ab hoc errore ſe aliter expedire neſcit, qvam bonitatem illam vocando Metaphyſicam ſeu Entis. E. bonitas Entis ſeu Metaphyſica eſt ex gratia præveniente? Qvanta rerum confuſio, contradictio, & Bucheri proſtitutio!

12. Bucher, non tantũ bonitatem ante fidẽ, ſed etiam *ſpiritualem DELECTATIONEM in DEO, homini impio* tribuit, Menſ. XI. p.

 468.

468. *Delectatio verò in DEO* & qvidem *ſpiritualis*, non tantum bona eſt bonitate Entis ſeu Metaphyſica, ſed etiam *bonitate morali*. Ergò Bucherus docet non tantum *bonitatem* Metaphyſicam; ſed etiam *MORALEM*, *ſpiritualem*, & *Theologicã* dari in homine *irregenito*.

Cum igitur M. B. ſibi ipſi & Anonymo aperte contradicat, ſtatum controverſiæ mutet, primò ex ordine gratiæ bonitatem derivet, poſtea μετάβασιν εἰς ἄλλο γένος committat, confugiendo ad bonitatem Metaphyſicam; aperte Palinodiam canit, manus victas tradit, veritati cedit, & reipſa locum facit veri nominis Orthodoxiæ, Pſeudorthodoxiá ad orcum miſsâ. De qva victoria, ut Eccleſiæ Chriſti ex animo gratulamur, ita gratias agimus gratiæ JESU CHRISTI victrici perpetuò æternas!

Vanũ eſſe effugiũ Bucheri & Schelvv. de bonitate entis, ex univerſa Sacra Scriptura & orthodoxa Eccleſiæ doctrina patet.

Verè & præclare Auguſtinus p. 161. de gratia Chriſti c. 21. *Qvaſi verò aliud ſit BONA voluntas qvam CHARITAS, qvam Scriptura clamat ex DEO & à patre datam, ut fi-*

lii

ii ejus eſſemus. Ubi igitur charitas, ibi fi-
les &c. Bücher dicit: *Bonum eſſe hominem*
ine charitate. Bonitas autem eſt chari-
as, ſecundum Auguſtinum, qvam Bu-
:herus dicit ante fidem eſſe. Qvanta Pe-
ágiana abſurditas! Auguſt. T. 10. p. 427.
1. 35. *Non ſunt BONI, qvi non ſunt filii DEI.*
Rom. 8. 14. Auguſt. de lit. & ſpirit. n. 26.
Non enim fructus eſt BONUS, qvi de CHARI-
TATIS radice non ſurgit.

Bonitas ante fidem eſt ordo gratiæ Pe-
agianus, præpoſterus & perverſus. Nam
onitas ſeqvitur fidem; malitia eſt ante
idem in homine, non bonitas. Auguſt.
Ep. 217. n. 18. *Qvomodo voluntatis humanæ*
neritum ſeqvitur gratia; cum detur & PAR-
VULIS, qvi hoc nondum poſſunt velle ſeu nolle?
Qvomodo gratiam vel in majoribus dicuntur
præcedere merita voluntatis; ſi gratia ut vera
ſit gratia, non ſecundum merita noſtra datur?
Qvam ſententiam Catholicam Pelagius (Bu-
herus) *ipſe ſic timuit, ut eos, qvi dicunt*
gratiam DEI ſecundum merita noſtra dari, ſine
dubitatione damnaret, ne à catholicis judici-
is damnaretur.

Ordo

Ordo gratiæ Pelagiano-Scholaſticus Schelvv. & Bucheri, qvod bonitas fidem præcedat, refutatur exemplo infantis.

Orthodoxus.

Aug. de grat. & lib. arb. §. 44. c. 22. *Sed ſuſpicentur homines qvælibet merita bona, qvæ putant præcedere, ut juſtificentur per DEI gratiam; non intelligentes, cum hoc dicunt, nihil aliud qvam ſe negare gratiam: ſed ut dixi, qvod volunt de majoribus ſuſpicentur; de Parvulis certè Pelagiani qvid reſpondeant non inveniunt, qvorũ nec voluntas ulla eſt in accipienda gratia, cujus voluntatis meritum præceſſiſſe dicant.*

Pſeudorthodoxus.

Schelvv. & B. putant: *bonã voluntatem præcedere, anteqvam fides ſeqvatur & homo juſtificetur, per DEI gratiam, eoqve ipſo negant gratiam, etſi id non intelligant: ſed de majoribus ſuſpicentur ordinem ut volunt, de parvulis certe Schelvv. & B. qvid reſpondeant non inveniunt, qvorũ nec voluntas bona ulla eſt in accipienda gratia &c.* De not. lit. Buch. p. 4. §. 3. Unſchuld. Nachr. p. 125.

Meritum Pelagianũ eſt voluntas bona Schelvvigii & Bucheri ſine fide, qvando fidem præcedit voluntas & homo fidem

præ-

præcedente ſua voluntate meretur. Auguſt. Epiſt. 217. T. 2. p. 609. Pſ. 36. 23. *A Domino greſſus hominis diriguntur, & viam ejus volet*: non dixit, & viam ejus *DISCET*, aut tenebit, aut ambulabit, aut aliqvid hujusmodi, qvod poſſes dicere â Domino qvidem dari, ſed *homini jam VOLENTI*; ut ſcilicet beneficium DEI, qvo greſſus hominis dirigit, ut viam ejus diſcat, teneat, gradiatur, ſuo homo *voluntate præcedat*, & hoc DEI donum præcedente ſua voluntate mereatur: ſed ideo dixit, â Domino greſſus hominis diriguntur, & viam ejus volet, ut intelligeremus ipſam NB. *voluntatem bonam, qva incipimus velle NB. CREDERE* (*qvoniam DEI via qvid eſt NB. niſi FIDES recta?*) illius eſſe donum, qvi greſſ9 noſtros propterea dirigit primitus ut velimus. Auguſt. Epiſt. 217. *Scimus gratiam DEI qvibus datur, non ſolum ſecundum merita operum non dari, ſed nec ſecundum merita NB. VOLUNTATIS eorum qvibus datur, qvod maximè apparet in parvulis.*

Pelagiani Veteres.	Pelagiani novi.
Aug. p. 142. T. X. de Geſtis Pelagii	Novi Pelagiani docent, *ex operibus ante fidem hominem dignũ eſſe*
Pelagius.	
Hoc forte dicet: Ego	

non ex operibus: ſed ex fide dixi Apoſtolum dignum fuiſſe, cui tantæ illæ gratiæ donarentur; non enim opera, qvæ bona ante non habuit, ſed tamen fides ejus hoc meruit. ibid. Ideo ſæpe dicit Apoſtolus, non ex operibus, ſed ex fide, nobis juſtitiam deputari, cum potius fides per dilectionem operetur, ne qvisqvam exiſtimet, ad ipſam fidem meritis operum perveniri, cum ipſa ſit initium, unde bona opera incipiunt; qvoniam qvod ex ipſa non eſt, peccatum eſt. *eſſe, cui gratia fidei & omnes aliæ gratiæ donarentur, bonam enim voluntatem in homine docent eſſe ante fidem. Bonitatem dicunt non incipere à fide, ſed fidem prævenire.* Deinde Bücherus Menſ. XI. p. 481. docet: *bonos motus & bonas cogitationes* (qvas ante fidem antea dixit de notit. lit. p 4. §. 3.) *eſſe initium fidei, adeoqve ratione Pelagiana evincere nititur, ipſa fidem aliqva fide impetrari, adeoqve ſecundum Pelagianum meritum dari.*

Rom. 14, 23. Hinc & Eccleſiæ dicitur in Cantico canticorum, venies & tranſies AB INITIO FIDEI c. 4. 8. Qvapropter qvamvis bene operandi gratiam fides impetret: ipſam certè fidem ut haberemus, nulla fide meruimus, ſed in ea nobis danda, in qva dominum ſeqveremur miſericordia ejus prævenit nos.

Qvemadmodum Schelvvig & Bucherus bonitatem ſpiritualem in homine docent ante fidem, ita etiam irregenitis & impiis tribuunt delectationem in DEO, ante fidem & ſine fide, cum Pelagianis & Socinianis. Qvare ab Orthodoxis refutantur ſeqventi ratione:

Novi Pelagiani & Sociniani. I. Büch. Menſ. XI. p. 468.	Orthodoxi. Calov. Socin. profl. p. 678.
Es iſt falſch / daß ich nicht ein Unwiedergebohrner aus Anhörung göttliches Wort/ das ihm Gottes Gnade ſo lieblich u. freundlich anbietet / eine NB. geiſtliche Luſt empfinde. Ich nenne ſie geiſtlich ratione originis & objecti, weil ſie von dem Geiſt und ſeiner göttlichen Gnade/die Er den Sündern antragẽ läßt/ wircket wird. HERODES hörte Johannem gerne	*Ut ut etiam non renati qvandoqve audiant libenter præcones verbi, id tamen fit, vel ob EXTERNA DONA eorum, vel ob aliam qvamvis CUPIDITATEM NB. CARNALEM, NB. exemplo HERODIS* Marc. 6. 7. *non autem ob affectũ erga DEI verbum. Qvandoqvidem ejusmodi affectus* NB. *à FIDE redundet, qvæ non niſi ex auditu verbi*

gerne ἡδέως Marc. VI. 20. mit ſonderbahrer Luſt. D. Spener wil zwar ſolches von einem natürlichen Wolgefallen verſtehen/ aber wie kan doch der natürliche Menſch qvatenus talis, an den Evangeliſchen Buß-Predigten/ die ihm eine Thorheit ſeyn/ ein Gefallen haben 1. Cor. 2. 14. Bileam trug ein Verlangen nach der Seeligkeit/ das iſt ohne alle Luſt der Gnaden Gottes nicht geſchehen.

bi DEI oritur Rom. 10. 18. ante CONVERSIONEM non datur tale deſiderium NB. *SPIRITUALE, talisqve affectus erga verbum DEI, qvia illud eſt homini animali ſtultitia, cui etiam is refragatur natura.* 1. Cor. II. 14. Rom. 8. 7. Auguſt. de ſpirit. & lit. n. 26. *Si adſit* NB. *FIDES qvæ per dilectionem operatur* NB. *INCIPIT CONDELECTARI legi DEI ſecundum interiorem hominem; qvæ delectatio non LITERÆ, ſed SPIRITUS donum eſt.*

Eſ. c. 58. 1. 2. 3. ſeq.

Clama pleno gutture, ne cohibeas, tanqvam tuba exalta vocem tuam, & indica populo meo defectionem illorum. Atqvi me qvo-

Schelvv. & Buch.

Lauda pleno gutture impios & irregenitos, & indica Theologis ſine fide, bonitatem ſpiritualem ante & ſine fide, nam qvi me qvotidie con-

quotidie conſulunt, & NB. COGNITIONE viarum mearũ NB. DELECTANTUR; tanquam gens, quæ juſtitiam facit, & judicium DEI ſui non relinquit, flagitant me judicia juſtitiæ NB. aditu DEI NB. delectantur. Quare iejunamus & non vides? &c.

conſulunt, & NB. cognitione viarum mearum NB. DELECTANTUR, ſunt in gratia DEI, eorum delectatio & cognitio ſpiritualis & ſupernaturalis eſt ex influxu Spiritus S. ut Herodis Marc. 6. 20. & Bileami. M. Büch. Menſ. X. p. 468. *bona hæc cogitatio, boni hi motus, ſpiritualis hæc delectatio eſt INITIUM FIDEI.* ibid. p. 481. *Bonitas MORALIS* U. Nachr. p. 125. ſeq. *ante & ſine fide. Adeoq; non defectio & actio naturalis, ſed Theologia univoce dicta impiorum & irregenitorum.*

Sed reſpondet DEUS impiis Calumniatoribus Eſ. 58. 6. ſolvere nodos NB. *impietatis* & dimittere NB. *Calumniam* paſſos liberos &c. gratiæ divinæ ſignum eſſe &c. Nullam bonitatem moralem in impiis Eſaias ex ore DEI ante fidem tribuit & ſine fide, ſed cognitionem & delectationem naturalem pro ſpirituali venditatam Pſeudorthodoxorum detegit, eoq; ipſo veri

nominis Orthodoxiæ locum facit.

Socinianos docentes bonitatem antecedere fidem, refutat Calovius Socinianism. proflig. p. 677. *Propoſitum bonum eſt opus conſeqvens noſtram converſionem & regenerationem, minimè autem conditio qvædã antecedens, cum oriatur per operationem Spiritus Sancti in renatis, & à fide, tanqvam fructus ejusdem redundet, unde neceſſum eſt, ut prius corda noſtra fide purificentur Act. XV. 9. ut virtute Spiritus Sancti illuminemur & renovemur* NB. *anteqvam bonum propoſitum ſuſcipiamus, qvod DEO gratum ſit. Ezech. 36. 27. Eph. 1. 17. Phil. 2. 3. Rom. 14. v. ult. Ebr. 11. 6. Conf. Calov. Armin. p. 253.*

Bucherus & Schelvv. docent: DEUM ideò nobis dare fidem, qvia ante fidem bonam voluntatem habemus. Orthodoxia S Script. autem docet, qvòd DEUS per fidem demum bonam voluntatem & bona opera in nobis efficiat. Auguſt. T. 2. p. 506. n. 4. *Opera ex gratia, non ex operibus gratia.*

Socinianos, reqvirentes cum Schelvv. & Buch. bonitatem ante fidem, refutat qvoq; Calov. Socian. proflig. p. 678. ex eo, qvia teſtantur exempla, multos conver-

ſos

ſos eſſe, in qvibus talis probitas & ſtudium faciendi DEO grata ante converſionem non fuerit, ut videre eſt in exemplo *Latronis* Luc. 22. 42. *Centurionis* ſub Cruce, Matth. 27. 24. *Sauli* Act. 9. *Præfecti carceris* Act. 16. 31. ut & in aliis, de qvibus negari haud poteſt, qvod *ordinariè converſi* fuerint, utpote in *Judæis feſto pentecoſtes converſis* Act. 2. 7. *qvi nullum afferebant propoſitum vel ſtudium Chriſto adhærendi, & mo-*
ta tamen ſunt corda ipſorum per verbum, ut præter intentionem converterentur. Idem qvoq; in *Judæis* miraculo & concione Petri Act. IV. 11. converſis evenit. Qvid? qvod converſi fuerint nonnulli, de qvibus conſtat, *qvod minime verbum DEI audire deſiderarint, ſed Apoſtolos ceu novi aliqvid nunciantes audierint, vel etiam aliqvid aucupandi gratiâ auſcultarint.* Act. 17. 32. 34. c. 2. 12. 13. 37. Adde, qvod nonnulli convicti fuerint per verbum de veritate Evangelii *præter voluntatem*, atq; ita ad Chriſtum converti potuerint, & qvandoq; converſi ſint, in qvibus certè talis probitas, aut tale deſiderium vel ſtudium non dabatur. Joh. 3. 1. c. 12. 42. Act. 26. 28. &c. Si bonitas in homine eſt ante fidem, ſeqvitur

qvod fides ſecundum merita detur. Docent Pelag. *bonam voluntatem divina gratia adjuvari, pro meritis VOLUNTATIS BONÆ, ut reddatur debita gratia, non donetur indebita: ac ſic gratia jam non ſit gratia*; ſed ſit illud, qvod Pelagius in judicio Palæſtino ficto corde damnavit, gratiam DEI ſecundum merita noſtra dari. Dic mihi, obſecro, qvid NB. BONI Paulus adhuc Saulus, volebat, ac non potius magna NB. MALA, qvando ſpirans cædem pergebat ad vaſtandos horrenda mentis cæcitate ac furore Chriſtianos? Qvibus meritis NB. BONÆ *voluntatis* DEUS illum ab his malis ad bona, mirabili & repentinâ vocatione, convertit? Qvid ergò dicam, qvibus meritis, cum ipſe clamet, *non ex operibus juſtitiæ, qvæ nos fecimus, ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſalvos nos fecit?* Qvid illud: *Nemo poteſt VENIRE ad me*, qvod intelligitur NB. CREDERE *in me; niſi ei datum fuerit à Patre meo?* Utrum jam *VOLENTI credere* pro meritis *BONÆ voluntatis* hoc datur: an potius *ut credat*, *ipſa voluntas*, ſicut Sauli, de ſuper excitatur, etiamſi tam ſit averſus â fide, ut credentes etiam perſeqvatur? Auguſt. T. 10. p. 283. l. 1. c

Epiſt.

Epiſt. Pel. c. 19. Conf. id. Auguſt. Epiſt. 217. BONA *voluntas ante fidem in homine non eſt, ſed gratia DEI eſt, non ſolum* CREDENDI VOLUNTAS *ab initio, verum etiam perſeverandi uſque in finem.* ib. n. 29. *INITIUM* NB. *FIDEI eſt etiam* NB. INITIUM NB. BONÆ, *hoc eſt* PIÆ *voluntatis.*

Auguſt. de gratia & libero arbitrio §. 27. *Cum fuerint convicti, quia neq;* NB. *ſcientia divinæ legis, neq; natura, neque ſola remiſſio peccatorum eſt illa gratia, quæ per JESUM CHRISTUM Dominum noſtrum datur, ſed ipſa facit, ut lex impleatur, ut natura liberetur, ne peccatum dominetur: cum ergò in his convicti fuerint, ad hoc ſe convertunt, ut* NB. *quocunque modo conentur oſtendere gratiam DEI ſecundum merita noſtra dari: Dicunt enim; Et ſi non datur ſecundum merita bonorum operum, quia per ipſam bene operamur; tamen ſecundum merita NB.* BONÆ VOLUNTATIS *datur.*

Pelagiani apud Auguſtin. de gratia & lib. arb. § 27. dicunt: *Bona voluntas præcedit orantis, quam præceſſit voluntas* NB. *credentis, ut ſecundum hæc merita gratia ſequatur exaudientis DEI.* Bücher verò bonam voluntatem præcedere fidem dicit. E. fidem

 non

non tribuit miſericordiæ DEI, ſed bonæ voluntati ſuæ. Sed gratia datur, ut homo fidelis ſit & bonæ voluntatis. Aug. Epiſt. 217. Tom. 2. p. 611. *ut in DEUM credamus & piè vivamus, non volentis, neqve currentis, ſed miſerentis eſt DEI.*

Auguſt. de gratia & lib. arb. §. 29. Ez. 11. 19. & dabo eis cor aliud &c. Numqvid ergò poſſumus niſi abſurdiſſimè dicere, bonum meritum NB. *bonæ voluntatis* in homine præceſſiſſe, ut evelleretur ab eo cor lapideum: qvandoqvidem ipſum cor lapideum non ſignificat niſi duriſſimam voluntatem & adverſus DEUM omnino inflexibilem? *Ubi enim præcedit* NB. *BONA voluntas,* jam non eſt utiq; cor lapideum. §. 30. Ez. 36. 22. ſeq. DEUS oſtendit, non propter eorũ aliqva bona merita, ſed propter nomẽ ſuũ iſta facere. Qvis ita ſit cœcus, ut non videat iſtã gratiã non ſecundũ merita *bonæ voluntatis* dari? Non ſolum autem bona opera eorum nulla, verùm etiam mala merita præceſſiſſe demonſtrat. Vana eſt diſtinctio Bucheri inter *bonitatem ſpiritualem* & *pietatem.* Auguſt. de Gratia & lib. arb. §. 37. *Hæc omnia præcepta dilectionis, i. e. caritatis, quæ tanta & talia*

talia ſunt, ut qvidqvid putaverit homo facere NB. *BENE, ſi fiat ſine caritate, non fiat bene.* Cal. Socin. profl. p. 674. *voluntas humana proclivis eſt ad mala & averſa à bono, minimè autem ad bonum & ad malum indifferens.* Geneſ. 6. 5. c. 8. 20. Jer. 17. 9. Matth. 7. 17.

Docuit hactenus Bücherus, non tantũ bonitatem ante fidem, ſed etiam delectationem in DEO ante & ſine fide. Vertumnus ille docet qvoq; cognitionem veram DEI dari in impiis ſine delectatione in DEO, adeoq; impios intelligere, etſi non credant. Menſ. XI. p. 470. & 471. concludit à ſtatu *extraordinario* tentationis regenitorum, ad ſtatum *ordinarium* irregenitorum, **weil ein** regenitus tentatus **keinẽ Geſchmack u. Empfindung göttlicher Freude und doch das göttliche Erkäntniß hat. E. auch ein Gottloſer / ob ers gleich nicht empfindet.** Hoc eſt argumentum B. à baculo ad angulum, à regenitis ad irregenitos, à ſtatu extraordinario regenitorum ad ſtatum ordinarium irregenitorum. Regeniti aliqvando ſenſerunt delectationem in DEO, Pſ. 1. Pſ. 119. &c. ceſſante tentatione, delectatio in DEO redit, Pſ. 6. ſeq. Ceſſante verò delectatione in

in DEO, vacillat qvoq; cognitio, inde dubia, inde fidei imbecillitas. Hic ipſe tentationis ſtatus, â qvo ad irregenitos argumentari, abſonum. Reſtant alia ſigna regenerationis in ſtatu tentationis, inprimis odium & fuga peccati. Revocant tentati in memoriam delectationem in DEO, qvam antea ſenſerunt, eamq; anhelant &c. qvæ omnia in irregenitos cadunt minimè.

Error VI. de Pelagiana Gratia ſine Fide.

Cardo totius controverſiæ in eo potiſſimum vertitur, qvid ſit gratia JESU Chriſti ſtrictè dicta in actu operationis in homine? & qvidem ἀληθὴ χάρις, 1. Petr. V. 12. gratia verè, propriè, & ſtrictiſſime dicta, qvâ Chriſtiani ſumus, juſtificamur, ſanctificamur, glorificamur, adeoq; ſalvamur?

Demonſtravi in Parte II. Hiſtor. Eccleſ. & in Diſſertat. Procem. Synopſ. Veritat. divinæ ex Sacra Scriptura, ſecundum libros noſtros Symbolicos, Patres Eccleſiæ, & verè Orthodoxos Theologos, hanc gratiam eſſe τὸ πνεῦμα τῆς χάριτος

Ebr.

Ebr. X. 29. *ſpiritum Chriſti*, *ſpiritum fidei.* Præclariſſime hac de re Auguſt. Tom. 10. p. 75. *Gratia DEI promiſſa eſt teſtamento novo per Prophetam Jeremiam c. 31. 33. & gratia eadem, in eo definita, ut ſcribantur Leges DEI in cordibus hominũ, perveniantq; ad eam cognitionem DEI, ubi non docebit unusqvisqve civem ſuum vel fratrem ſuum, dicens: Cognoſce DEUM, qvia omnes cognoſcent eum, à minore usq; ad majorem eorum. Hoc* DONUM SPIRITUS *S. eſt*, QVO DIFFUNDITUR CARITAS IN CORDIBUS *noſtris, caritas non qvælibet, ſed caritas DEI de* CORDE PURO *&* CONSCIENTIA BONA *&* FIDE *non ficta* 1. Tim. 1. 5. &c. Idem T. 5. p. 97. b. c. *Gratia DEI ea NB. propriè eſt, qva facti ſumus oves & NB. FIDELES.* ib. p. 423. c. *Gratia homines DEI FILIOS facit.* Idem Tom. 2. p. 345. a. *Gratia nov. Teſt. eſt, NASCI ex DEO.* P. I. T. 3. p. 196. a. *Per gratiam homo CREATUR de novo.* De vera gratia ſcribit Calov. in Armin. p. 307. qvod ſit *efficax DEI operatio in cordibus auditorum.* & Form. Concord. declar. ſolid. art. c. II. p. 673. *illuminatio intellectus, obedientia voluntatis, CREATIO CORDIS NOVI* ibid. p. 671. *accenſio FIDEI, Spiritus S. operatio.*

Conſentit vir doctus Anonymus in un-

ſchuldigen Nachrichten p. 532. ubi ad p. 275. ſcribit: *de gratia præveniente, quæ regeneret, quæ, ſi ſoli gratiæ ſubſeqventi opponantur, rectè ſe habent, malè verò, ſi gratiæ operanti, inhabitanti &c.* De qvo conſenſu nobis gratulamur valdè, Domino Anonymo maximè. Hæc enim noſtra conſtans ſententia eſt, *gratiam prævenientem, quæ regenerat, ſoli gratiæ ſubſeqventi opponi, nullo modo autem gratiæ operanti & inhabitanti.* Conſentit igitur Dominus Anonymus: irregenitos non habere gratiam prævenientem in ſe in actu operationis, adeoqve nec illuminatos eſſe, nec veram Theologiam habere. Hoc teſtimonium veritatis fortiſſimum. Qvid? qvod ipſe Bücherus victas manus porrigit, cujus utpote acerbiſſimi hoſtis teſtimonium omnium fortiſſimum. M. Bucher Menſ. XI. p.480. ex Danhavero & Dorſchæo adducit: *bonas cogitationes & deſideria eſſe qvaſi flammulas ignis gratiæ plenioris ſubſeqventis.* ib. p. 481. ſcribit Bücher, **ſolche gute Gedancken ſind freylich ein Anfang des Glaubens / oder ein klein Füncklein der folgenden Gnade.** Qvo ipſo ſibi plenè contradicit, & omnem ſuum pontem

Scho-

Scholaſtico-Schelwigianum fundit, evertit. Nam ſi prævia gratia fidem largitur, ſinè dubiô infideles eam non habent, adeoq; nec veram Theologiam habent, per prævenientem gratiam, nec illuminati ſunt, ſed ſtupidæ beſtiæ, gratiæ & lucis expertes. Tenebræ enim lucem non comprehendunt, Joh. 1. nec ulla luci cum tenebris eſt communio. 2. Cor. 6.

Sed ut ſemper homines gratiam DEI perverterunt, Sirac. 19. 24. ita etiam hic Pſeudorthodoxus ſimulat tantum veram gratiæ confeſſionem, formidine publicæ infamiæ ex Pelagiano eorum errore oriundæ, revera autem illi accidit, qvod Auguſtin. de gr. Chr. §. 39. ſcribit: *Pelagius* (Bücher) *mihi penè perſvaſerat, hanc illũ gratiam, de qva qvæſtio eſt, confiteri &c. ſed poſtea vidi, qvemadmodum potuerit etiam illis gratiam nominare, ſub AMBIGUA GENERALITATE, qvid ſentiret abſcondens, gratiæ tamen vocabulo frangens invidiam, offenſionemqve declinans, ſcil. eam ponit in SOLA REVELATIONE DOCTRINÆ.*

Innumeræ ſunt æqvivocationes vocis gratiæ, qvibus Schelvvig & Bucher cum Pelagianis utuntur, de qvibus Auguſt.

emiſſionem peccatorum, indulgentiam, doptionẽ & conſecrationem, remiſſio. iem culpæ & pœnæ, uſum gratiæ, diſ. retionem boni & mali, & bonæ volunta. is innumeras adjutorii divini ſpecies. Ve. um ità tantùm, ut *arbitrio libero ſeu facultatibus naturalibus omne adjutorium cooperetur*, non verò *ſpiritu gratiæ* FIDES *accendatur*, CHARITAS *in corde diffundatur, adeoq; homo hac gratia non* LIBERETUR *à vinculis* PRAVÆ CONCUPISCENTIÆ & *captivante mundi delectatione, adeoq; homo* REGENERETUR, *cor novũ in eo creetur, & nova creatura fiat, ſine qva non poſſit non peccare:* Sed qvod irregenitus qvoqve gratiæ divinæ particeps eſſe poſſit, qvodqve homo irregenitus DEUM diligendum, DEO docente, qvidem *cognoſcat*, non verò DEUM *diligat*, nec DEUS in eo operetur velle. *Voluntatem* enim beſtialem manere poſſe, *intellectum* verò illuminatiſſimum eſſe. Conf. Auguſt. Tom. X. l. 1. oper. imperf. c. Jul. p. 696. Fraus occulta eſt gratiæ Pelagianæ, qvæ hominibus animalibus tribuitur.

Pela-

Pelagiani.	Schelvv. & Büch.
Pelagiani nolunt omninò cognoſcere veram gratiam JESU CHRISTI; ſed nec apertè qvidem oppugnare audent: ſed qvid aliud agũt, cum hominibus animalibus, non percipientibus, qvæ ſunt Spiritus DEI, *perſvadere non ceſſant. &c.* Aug. Epiſt. 175. n. 3. p. 470. Tom. 2.	Schelvv. & Buch. nolunt cognoſcere veram gratiam JESU CHRISTI, ſed nec apertè qvidem oppugnare audent: ſed qvid aliud agunt, cum *hominibus animalibus, non percipientibus, qvæ ſunt Spiritus DEI*, perſvadere non ceſſant, ad intelligendam Scripturam DEI, ſolam ſibi humanam ſufficere poſſe naturã?

imò *Ariſtotelem præclariſſimam Methodum Chriſtianis & lumen accendere poſſe, ad intelligendam ſcripturam; irregenitorum actiones eſſe indifferentes, adeoqve ſine peccato &c. irregenitos eſſe illuminatos, infideles intelligere ea, qvæ ſunt ſpiritus DEI &c.* v. Synopſ. Schelvv. & Büch. de nôt. lit. paſſim.

Gratia Schelvvigii & Bücheri Pelagiana eſt, qvæ fidelibus & infidelibus, impiis & piis, Paganis & Chriſtianis communis eſt. Auguſt. Ep. 186. T. 2. p. 505. *Hæc*

intel-

intelligatur doctore Pelagio gratia DEI, qvæ Paganis atqve Chriſtianis, impiis & piis, fidelibus & infidelibus communis eſt. Id. Serm. 26. §. 4. T. 5. p. 96. *Communis eſt omnibus natura, non gratia.* NATURA *non putetur* GRATIA: *ſed & ſi putetur gratia, ideò putetur gratia, qvia & ipſa gratis conceſſa eſt.* ibid. p. 98. *Exceptâ illâ gratiâ, qva condita eſt humana natura (hæc Chriſtianis Paganisqve communis eſt) hæc eſt* MAJOR GRATIA, *non qvod per Verbum homines creati ſumus, ſed qvod per verbum carnem factum* NE. FIDELES *facti ſumus.* ibid. p. 98. n. 9. *Videte tamen, Fratres mei, qvomodo illam* GENERALEM GRATIAM *prædicent, qva creatus eſt homo, qva homines ſumus: & utiqve cum impiis homines ſumus, ſed non cum impiis Chriſtiani ſumus.* Id. de Prædeſt. Sanct. §. 10. c. V. Tom. 10. p. 526. 1. Cor. 4. 6. *Intelligitur gratia, qvæ bonos diſcernit à malis, non qvæ communis eſt bonis & malis.*

Vera autem gratia Orthodoxorum eſt FIDES, *qva creditur.* Auguſt. Epiſt. 175. Tom. 2. p. 470. §. 2. Gratia ipſum noſtræ voluntatis arbitrium verè fit liberum, dum *à carnalium concupiſcentiarum dominatione liberatur*, dicente Domino Joh.

Joh. 8. 36. *Si vos filius liberaverit, tunc verè liberi eritis*; qvod AUXILIUM FIDES *impetrat*, qvæ eſt in CHRISTO JESU Domino noſtro. Auguſt. Tom. 10. p. 483. c. 14. n. 28. *Miſericordiam conſecutus ſum, ut FIDELIS eſſem* 1. Cor. 7. 25. 2. Cor. 4. 13. *Habentes eundem SPIRITUM FIDEI* NB. *Non ait, SCIENTIAM FIDEI, ſed, SPIRITUM FIDEI*, Rom. X. 14. Ergo ſpiritus gratiæ facit, ut habeamus *fidem*, ut per fidem impetremus *orando, ut poſſimus facere, qvæ jubemur*. Aug. Tom. 2. Epiſt. 217. p. 615. n. 28. 2. Theſſ. 3. 1. 2. Eph. 1. 4. 5. DEUS *gratia* ſua *aufert infidelibus cor lapideum*, & PRÆVENIT in hominibus *bonarum merita voluntatum*: ita ut voluntas per *antecedentem gratiam præparetur*, non ut gratia *merito voluntatis antecedente* donetur.

Optimè Auguſtinus Epiſt. 175. n. 2. p. 470. Tom. 2. Pelagiani (Pſeudorthodoxi) nullum relinqvunt locum gratiæ DEI, qvâ Chriſtiani ſumus, qva & ipſum voluntatis noſtræ arbitrium verè fit liberum, dum â carnalium concupiſcentiarum dominatione liberatur.

Schelvv. & Bücher cum Pelag. aſſerunt, in

in eo qvoqve DEI gratiam deputandam, qvod irregenitus naturâ *literam* capit. Eandem qvoq; literam & legem ad *gratiā* DEI pertinere, qvod illam DEUS in adjutorium hominibus dedit. Sed veri nominis Orthodoxis vera gratia Fides eſt, qvâ creditur. Auguſt. de gratia Chriſti, contra Pelag. §. *11.* Nos eam gratiam volumus iſte aliqvando fateatur, qva futuræ gloriæ magnitudo non ſolùm promittitur, verùm etiam CREDITUR & SPERATUR; Nec ſolùm REVELATUR *ſapientia*, verum & AMATUR; nec ſolum *ſvadetur* omne qvod bonum eſt, verùm & *perſvadetur.* Non enim omnium eſt fides, qvi audiunt per Scripturas Dominum regnum cœlorum pollicentē, aut omnibus perſvadetur qvibuscunq; ſvadetur, ut veniant ad eum, qvi dicit: *Venite ad me omnes, qvi laboratis &c. Hanc debet Pelagius* (Schelvv. & Bücher) *gratiam confiteri, ſi vult non ſolùm vocari, verùm etiam eſſe Chriſtianus* (orthodoxus).

Hæc vera gratia eſt *fides per charitatem efficax*, non autem *notitia ſine fide* & *fides ſine charitate*, qvam Schelvvig & Bücher crepant. Hinc Auguſt. de Spiritu & lite-

ra c. 3. §. 5. ſcribit: Nos dicimus, humanam voluntatem ſic divinitùs adjuvari ad faciendam juſtitiam, ut præter qvod *creatus* eſt homo cum libero arbitrio voluntatis, *præterqve doctrinam*, qvâ ei præcipitur qvemadmodum vivere debeat, *accipiat SPIRITUM S. qvo fiat in animo ejus delectátio dilectioqve ſummi illius atq; incommutabilis boni*, *qvod DEUS eſt*, *etiam* nunc cum adhuc *per fidem* ambulatur, nondum per ſpeciem: ut hâc ſibi velut arrhâ datâ gratuiti muneris *inardeſcat* inhærere Creatori, atqve *inflammetur* accedere ad *participationem illius veri luminis*; ut ex illo ei *benè ſit*, à qvo habet ut ſit. Ibid. c. 4. §. 6. *Sanctus adjuvat Spiritus, inſpirans pro concupiſcentia mala, concupiſcentiam bonam, hoc eſt, caritatem diffundens in cordibus noſtris.* Hac ratione homo in ſtatu gratiæ non eſt beſtia illuminatiſſima Bücheri, ſed verè fidelis & converſus Chriſtianus, veri nominis orthodoxus.

Error VII. de Gratia Pelagiana, qvod ſit motus paſſivus ſine fide & ante fidem.

Maximis Bücherus ſe involvit erroribus. Primò

Primò docuit: *bonitatem* ſpiritualem dari in irregenitis *ante fidem* & *ſine fide*; poſtea hanc bonitatem *initium fidei* vocavit & ſubſeqventis gratiæ, deniqve eandem *pasſivam* tantum dicit, non activam, qvaſi fides *pasſiva* & *mortua* ſit, non activa, & *gratia inefficax ac ſterilis*. Neſcit Schelvvig, neſcit Bücher unà cum ignariſſimis, qvid ſit bonitas, qvid fides, qvid gratia, qvid ſit agi, qvid regi. Meliora eos docebit Auguſtinus ex Sacra Scriptura hac ratione.

Schelvv. & Bücher.	Aug. & Apoſt. Paul.
Im böſen Gewiſſen p. 7.	Auguſt. de Spir. & lit. n. 60.
Motus boni, qvos Spiritus Sanct9 in homine nondum converſo citrà concurſum voluntatis, imò ſæpè contra ejus inclinationẽ excitat, ſunt motus pasſivi NB. *ante fidẽ, & fiant activi & fructiferi per fidem.*	*Viſorum ſvaſionibus agit* DEUS, *ut velimus, & ut* NB. *CREDAMUS, ſivè EXTRINSECUS per evangelicas exhortationes, ubi & mandata legis aliqvid agunt, ſi ad hoc admonent hominem infirmitatis ſuæ, ſive INTRINSECUS, ubi*

nemo habet in poteſtate qvid ei veniat in men-

tem, ſed conſentire vel diſſentire propriæ voluntatis eſt. His ergo modis qvando DEUS agit cum anima rationali, ut ei NB. CREDAT, neqve enim credere poteſt qvodlibet libero arbitrio, ſi nulla ſit ſvaſio vel vocatio cui credat; profectò & ipſum NB. VELLE CREDERE DEUS operatur in homine, & in omnibus miſericordia ejus NB. prævenit nos. Ergo gratia præveniens fidem accendit, non paſſivam & ſterilem, ſed activam & vivam, qvâ credimus, diligimus & agimus. Auguſtin. T.4. p.1012. a.b. *Filii DEI Spiritu DEI aguntur Rom. 8. non qvia nihil ipſi agunt, ſed ne nihil boni agant, à bono* NB. *AGUNTUR UT AGANT.* Id. Tom.5. p. 439. e. 525. f. NB. *Agis & ageris, & tunc* NB. *benè AGIS, ſi à bono* NB. *AGARIS.* Malè igitur Schelvvig & Bücher docent, gratiam ſterilem ſine actione, qvæ tantum paſſiva ſit. Rectè Auguſtinus docet: Fidem non præcedunt *boni motus*, ut *merita*, ob qvæ *gratia* detur; Sed *gratia gratis* datur, fidem accendens, qvam voluntas bona nullo modo præcedit, ſola enim gratia fidei eſt, qvæ ex mala bonam facit. Ut qvid nobis Dominus præcipit, ut oremus pro eis, qvi nos perſeqvuntur? Numqvid hoc ora-

oramus, ut eis pro NB *bona eorum voluntate gratia DEI retribuatur*, ac non potius ut *mala in bonũ voluntas ipſa mutetur?* Sicut credimus, tunc â ſanctis qvos perſeqvebatur, non inaniter oratum eſſe pro Saulo, ut *ad fidem, qvam vaſtabat, voluntas ejus converteretur.* Et illius qvidem *converſio deſuper* facta, manifeſto etiam miraculo apparuit: qvàm multi NB. *inimici Chriſti qvotidiè ſubitò DEI occultâ gratiâ trahantur ad Chriſtum.* Qvod verbum ſi non ex Evangelio poſuiſſem, qvanta de me propter hoc iſte dixiſſet; cum etiam nunc obluctetur non mihi, ſed illi qvi clamat: *Nemo poteſt venire ad me, niſi pater qvi miſit me traxerit eum?* Joh. 6. 44. Non enim ait, *duxerit*, ut illic aliqvo modo intelligamus *præcedere voluntatem.* Qvis trahitur, ſi jam *volebat?* Et tamen nemo venit niſi velit. Trahitur ergò miris modis ut velit, ab illo qvi novit INTUS in ipſis hominum cordibus *operari*, non ut homines, qvod fieri non poteſt, nolentes credant, ſed ut VOLENTES *ex* NOLENTIBUS FIANT. 2. Par. 30. 12. Ezech. 36. 26. 27. Eſth. 14. 13. c. 15. 5. c. 16. Auguſt. c. duas Epiſt. Pel. c. 19. Tom. 10. p. 283. Id. de nat.

& gr. c. 31. operamur & nos, qvia miſericordia ejus prævenit nos. *Prævenit nos ut SANEMUR*, qvia & *ſubſeqvetur, ut etiam ſanati vegetemur:* prævenit ut vocemur, ſubſeqvetur ut glorificemur: NB. PRÆVENIT *ut* PIE VIVAMUS, *ſubſeqvetur ut cum illo ſemper vivamus:* c. Pſ. 58. 11. Id. Tom. 10. p. 709. Gratia NB. PRÆVENIT, ut DEUM DILIGAMUS. Aug. T. 10. p. 162. de grat. Chriſt. c. 25. Rom. 8. 14. Qvotqvot Spiritu DEI aguntur, hi filii DEI ſunt: profectò UT AGANT *qvod bonum eſt, ab illo AGUNTUR qvi bonus eſt.* Spiritus Patris veſtri eſt, qvi *loqvitur* in vobis, Matth. 10. 29. non ait: Spiritus patris veſtri eſt, qvi vobis dat, vel dedit poſſe bene loqvi: ſed ait: *qvi loqvitur* in vobis: non ſignificans poſſibilitatis profectum, ſed exprimens NB. *cooperationis effectum.* Ibid. Iſtam DEI gratiam divinis eloqviis manifeſtam etiam Pelagius (Schelvv. & Büch.) manifeſtè fateatur. Ib. *Cognitionem* & *delectationem*, ſicut ſunt diſcernenda, diſcernat. Qvia *ſcientia inflat, charitas ædificat.* Et NB. *tum ſcientia non inflat, qvando NB. charitas ædificat.*

Er-

Error VIII. Schelvvigii & Bücheri eſt: literalem & externum Scripturæ ſenſum infidelium, qvi Spiritui Sancto reſiſtunt, eſſe ex Speciali gratia Spiritus S.

Vires naturales poſt lapſum in homine eſſe reſiduas, qvibus verum naturale, ſpirituali, qvod ex gratia eſt, oppoſitum, poteſt cognoſcere, in confeſſio eſt apud omnes. Hinc fit, ut impius viribus naturalibus naturalem literam & hiſtoricum ſenſum poſſit cognoſcere, absqve ſpeciali gratia Spiritus Sancti. *Lectio, auditus, meditatio Scripturæ eſt opus externum, qvod homo impius ex viribus naturalibus facere poteſt.* v. lib. Symb. p. 662. Theol. verè Evangel. l. 2. c. 8. §. 4. ſeq. ubi §. 14. verba Gerhardi allegavimus L. de lib. arbitr. p. 422. Alia eſt *NOTITIA LITERÆ, alia SPIRITUS. Hypocritæ NB. INTELLIGUNT articulum NB. de TRINITATE, de INCARNATIONE VERBI &c. Sed illa notitia LITERA potius conſtat qvam Spiritu &c.* Gerhardo autem infrunitus Bucherus more conſveto contradicit, 2. Addit. Menſ. 12. p. 701. & literalem notitiam impiorum gratiæ ſpeciali

Spiritus Sancti tribuit, qvid? qvod & ipſius diaboli notitiam à Spiritu Sancto deducit. Qvo ipſo contradicit omnibus verè Orthodoxis, ut patet ex ſeqventib9.

Heterodoxus.	Orthodoxus.
Falſum eſt, diaboli notitiam, & qvicqvid veri in myſteriis fide capit & intelligit, non eſſe à Spiritu S. vera in ipſo & ſpiritualis rerum ſpiritualium intelligentia. B. de notit. lit. §. 5. p. 11. ib. §. 2. p. 4. *impii notitia eſt* NB. *ex SPECIALI luminis divini gratia, qva intellectus ſupra natura*	Calovius in Socinianiſmo profligato p. 87. *Facilè largimur* NB. *EXTERNUM ſcripturæ ſenſum* NB. *SINE SPECIALI GRATIOSA ILLUMINATIONE SPIRITUS S. obtineri poſſe, qvomodo etiam* NB. *IMPII eundem habent.*

vires elevetur &c. ib. p. 9. *aſſenſus impiorum hiſtoricus non niſi à gratia Spiritus S. proficiſcitur.*

Præclare qvoqve Calovius in Armin. p. 374. *Poteſt in rebus divinis nonnunqvam fides aliqva concipi ab iis, qvi GRATIA SPIRITUS DESTITUUNTUR, ſi ea non niſi HUMANA, & OPINATIVA tantum eſt.* Hic autē

de

e *fide divina* & certa qvæſtio eſt, ad qvā
piritus S. gratia opus eſt. Rectè Augu-
ſtinus Epiſt. CVII. *Si ita præpararet atq;*
pararetur DEUS hominis voluntatem, ut
antummodo legem ſuam, atqve doctrinam
jus libero adhiberet arbitrio, neqve vocatione
illa alta, atqve ſecreta ſic ejus ageret ſenſum,
ut homo legi atqve doctrinæ accommodaret aſ-
ſenſum, proculdubio eam legere vel intellige-
re legendo, vel etiam exponere ac prædicare
ſufficeret, nec opus eſſet orare, NB. ut DEUS
AD FIDEM ſuam infidelium corda converte-
ret.

Error Schelvvigii & Bucheri revera So-
cinianus eſt, nam Oſterodo, cum Schelw.
& Buch. putanti notitiam irregenitorum
literalem eſſe *Spiritualem*, è *ſpeciali gratia*
Spiritus S. reſpondet D. Feurborn in Anti-
oſterodo p. 17. *In hoc NB. longè & procul*
abit à nobis; qvippe qvi docemus, qvod qvidē
homines irregeniti qveant NB. ABSQVE
SPECIALI SPIRITUS SANCTI GRA-
TIA *notitiam Sacræ Scripturæ NB. EXTER-*
NAM, hiſtoricam & LITERALEM adipiſci,
(id qvod teſtantur Exempla Judæorum,
aliorumq; infidelium, nec non hæretico-
rum Sacras literas ſcrutantium, earum-

qve externum corticem & literam perſpectam habentium, memorareqve eam & allegare ſcientium) *aſt non INTERNAM & SPIRITUALEM, nempè ſalvificam γνῶσιν & fiduciam: utpote qvam Spirit. S. per verbū divinum ſcriptum, prædicatum, ſtudioſeqvè lectum & auditum in hominibus accendit.* 1. Cor. 2. 10. 14. Act. 16. 14. Luc. 24. 32. 45. Jer. 24. 7. *dabo eis COR, ut SCIANT me.* Joh. 6. 45. Eſ. 11. 2. Eph. 1. 17. 1. Cor. 4. 15. *ego vos GENUI. Fides donum DEI* Phil. 1. 29. *qvi oſtium fidei aperit.* Act. 14. 27. Matth. 16. 17. Joh. 14. 26. c. 16. 13. Pſ. 119. 34. Eph. 1. 16. Ibid. p. 19. §. XI. *Eqvidem* EXTERNA & SUPERFICIALIS *verbi divini notitia etiam hominibus NON RENATIS competit; aſt illa non eſt SPIRITUALIS, nec gratioſa Spiritus S. inhabitatione obſignata, qvæ SOLIS competit RENATIS.*

Naturalis lectio & auditus non eſt ex gratia DEI ſpeciali. Chriſtum abnegat M. B. qvia per legem, literam & *naturam* qværit *gratiam*, teſte Auguſt. de Spir. & lit. §. 50. *Nemo glorietur ex eo, qvod videtur habere, tanqvam non acceperit; NB. aut ideò ſe putet accepiſſe, NB. qvia LITERA EXTRINSECUS, vel ut legeretur apparuit, vel ut au-*

iretur NB. *inſonuit. Nam ſi per LEGEM* *ſtitia, ergò Chriſtus gratis mortuus* Gal. 2. 21. mpius non habet gratiam DEI ſpecialẽ, n ſe, in actu operationis, etſi externè erbum audiat, judice verbo DEI Luc. . & Auguſtino: *Auditis divinis teſtimoni-s non commoventur ad fidem, in qvibus occul-a gratia non operatur ut credant* T. 4. p. 701. Cur in me impii ſæviunt, niſi qvia mortu-s nõ facies mirabilia? i. e. *non eis commoven-tur* NB. *ad FIDEM*, nec medici eos exſuſci-tabunt, ut confiteantur tibi, in qvibus oc-culta gratia tua non operatur, qva tra-hantur ut NB. CREDANT: *qvia nemo venit ad me, niſi qvem tu attraxeris.* Nam qvis enarrabit NB. *in Sepulchro* miſericor-diam tuam i. e. *animæ* NB. MORTUÆ, cujus mors jacet ſub corporis pondere? & veritatem tuam in perditione, hoc eſt, in tali morte nihil horũ valenti NB. CRE-DERE atqve ſentire? Numqvid enim in NB. TENEBRIS hujus mortis, hoc eſt, *in homine qvi te obliviſcendo vitæ lumen amiſit*, tua mirabilia & juſtitia NB. COGNO-SCENTUR? Optimè de ordine gratiæ ſcribit Calov. in Armin. p. 42. *dum audiunt, & attendunt*, NB, *qvod eſſe in viribus hominis*

non

non negamus, Spiritus S. ipſis COR APERIT, ut INTELLIGANT, Act. XV. hæc gratia SPECIALIS eſt ſpiritus Sancti qvæ FIDEM accendit, niſi homo Spiritui S. obicem ponat Act. 7. ut à DEO mundi hujus occœcatus maneat, ne videre poſſit lumen Evangelii, id qvod de omnibus infidelibus Paulus dicit 2. Cor. 4.

Hinc Calovius in Socinianiſmo profligato p. 87. ſcribit: *Reqviritur neceſſario divina illuminatio, benedictio*, NB. CONVERSIO *ad id, ut ſcripturam* NB. *cum fructu legamus*, FIDEMq; *inde concipiamus, teſte Scriptura*, Matth. XI. 27. c. 16. 17. Pſ. 119. 18. 1. Cor. 3. 7. Eph. 1. 17. 2. Cor. 4. 6. ib. p. 88. ex converſione, creatione *novi cordis*, renovatione, immutatione & regeneratione deducit internum Scripturæ Sacræ ſenſum, nec non ex fide, ib. DEUS gratia ſua qværit infideles, manum ſuam extendit, ad populum qvoqve rebellem & reſiſtentem, attamen initium gratiæ in actu operationis ſeu ratione applicationis, ante fidem non eſt in homine.

Büch.

Buch. Menſ. 12. Aug. 2. p. 731.

Auch in denjenigen / die dem Geiſte Gottes NB. wiederſtehen / ſind die Gnaden-Wirckungen des Heil. Geiſtes NB. unvermeidlich.

Auguſtinus Tom. 5. p. 555. b.

Gratiam divinæ bonitatis qvomodo vis NB. *accipere, qvi ſinū non aperis voluntatis?* ib. *ut* DEUS *velit dare, debes & tu ad accipiendum accommodare voluntatem.* Id. T. 5. p. 113. e. *Tibi capax* NB. FIDES *adhibenda eſt, ut inundatione gratiæ humilies te, ſupplices* DEO, *nihil de Te præſumas.* Id. Auguſt. de Spir. & lit. c. 2. §. 5. *Cum id qvod agendum & qvò nitendum eſt cœperit non latere, niſi etiam* DELECTET & AMETUR, *non agitur,* NON SUSCIPITUR, *non benè vivitur.* Id. T. 6. p. 65. a. GRATIAM PERCIPERE NB. INCIPIT *homo, ex qvo* INCIPIT DEO CREDERE. Id. Auguſt. T. V. p. 831. c. *Chriſtus nihil prodeſt, non credentibus.*

Hæc omnia intelligimus de ipſo actu operationis in hominis converſione. Nā nullo modo negāmus gratiam DEI univerſalem. Hinc tantum ſermo eſt de ipſo opere converſionis, ſeu applicatione gratiæ DEI, an homo poſſit converti, illumi-

luminari, juſtificari & ſanctificari ſine fide? id qvod negamus. Acqviſitio gratiæ DEI per meritum Jeſu Chriſti univerſalis eſt, & ad omnes pertinet; applicatio autem, ex culpa hominis, particularis, & hoc ultimo reſpectu docemus cum Auguſtino; *Chriſtum nihil prodeſſe non credentibꝰ.* Errat enim Schmalzius Ex. 157. Err. p. 23. & Socinus de Juſtif. p. 107. fideles in veteri Teſtamento remiſſionem peccatorum conſecutos eſſe, *etiamſi in Chriſtum non* CREDIDERINT. Refutantur à Calovio Socinian. profl. p. 706. qvia, qvi *ſine fide*, Act. X. 43. ſub *ira DEI* ſunt Joh. 3. 36. & omnia extra fidem in Chriſtum, ſub *peccato*, Gal. 3. 22. Devtr. 27. 26.

Error IX. Schelvv. & Buch.

Qvod natura ſit gratia, litera Spiritus, notitia naturalis ſpiritualis & ſupernaturalis.

Apertè Pelagianizat Bucherus in der Zugab des XI. Menſ. p. 539. Wir erkennen auch dis für eine Gnaden-Wirckung des Heil. Geiſtes / ſo in den dritten Articul gehöret / wenn dem Menſchen das NB. von Natur ins Hertz geſchriebene Geſetz ein Zuchtmeiſter auf Chriſtum

ſtum ſeyn ſoll. Hæc aperta eſt μετάβασις εἰς ἄλλο γένος, ab articulo creationis, ad articulũ de ſanctificatione, à natura ad gratiam. Naturam igitur Bucherus habet pro gratia, ut in ſeqventibus qvoqve latius demonſtrabimus. Negat alias Ariſtarchus qvidam, qvod lex ſit pædagogus ad Chriſtum, ubi confundit legem ſtrictè dictam, cum doctrina externa Sacræ Scripturæ, qvam Auguſtinus ſexcentis locis legem vocat, qvæ docet à qvo, & unde gratia petenda. Gratia creationis, cum gratia ſanctificationis, nullo modo cum Buchero eſt confundenda. Qvamvis enim *natura, qvæ ſub peccato venundata & vitio ſauciata, redemtorem ſalvatoremqve deſideret*, Auguſt. de Geſtis Pel. c. 8. n. 21. T. 10. p. 137. hoc deſiderium tamen naturæ, gratiæ Spiritus S. eſſe, & qvidem, ut Bucherus loqvitur, tertii articuli, nullibi probatur. Lex eſt Pædagogus ad Chriſtum *terrendo.* Auguſt. Tom. X. p. 313. c. duas Epiſt. Pel. l. 4. §. 1. *per legem actum eſt, ut peccatum agnoſceretur, & prævaricatione augeretur, & ſic ad divinam gratiam confugeretur.* Id. Tom. 2. p. 476. e. *Lex docendo & jubendo qvod ſine gratia impleri*

non

non poteſt, homini demonſtrat ſuam infirmitatem, NB. *ut qværat demonſtrata infirmitas ſalvatorem.* Tom. 2. p. 356. e. *Lex ad hoc prodeſt, ut mittat ad gratiam.* Auguſt. T. 4. p. 1007. f. Idem Auguſtinus de gratiâ Chriſt. c. Pel. §. 10. *Qvid eſt, qvod iſte* (Schelvvig. & Bucher.) *legem atqve doctrinam deputat gratiam, qva juvamur ad operandam juſtitiam, qvæ ut multum adjuvet, ad hoc adjuvat, ut gratia reqviratur?* Nullibi autem S. Scriptnra vel S. Auguſtinus vel alius orthodoxus legem hanc gratiam tertii articuli vocat, cum Buchero Pelagianizante. Satis diſtinctè Dietericus in Inſtitutionibus Catecheticis de variis ſignificandi modis, qvibus lex accipitur, agit, de Decalogo ſeu Lege Qv. 2. p. 60. ubi docet, qvod *lex Generaliſſimè* ſumpta, ſit *tota Sacra Scriptura*, ſive *doctrina* divinitùs patefacta, ut Pſ. 1. 2. Qvo ſenſu *Evangelium* dicitur *lex* Eſ. 2. 3. Jer. 31. 33. & hoc modo *Lex* omninò *docet à qvo & unde gratia petenda.* Qvando autem Ariſtarchus qvidam calumniatur, legem & doctrinã ſimpliciter pro æqvipollentibus haberi, hæc calumnia planè Pſeudorthodoxa eſt.

Mun-

Mundi Theologi, qvi hodiè Theologum audent à Chriſtiano ſeparare, gratiam non tantum mutarunt cum natura, ſed etiam Paracletum cum nugatorum & ſtultorum maximo Stagirita. Idcirco Bucherus docet: *Ariſtotelem Chriſtianis excellentiſſimam Methodum demonſtraſſe, qva poſſint illuminare Sacram Scripturam.* Ab Errore hoc aliter ſe expedire Bucherus non potuit, qvam docendo: *gratiam apud Chriſtianos efficere, ut benè uti poſſimus illo naturæ lumine.* Sed & hic error Arminian. jamdudum refutatus eſt â Calov. in Arm. p. 359. *Suſpecta eſt, qvod ad naturæ dona, nomenclatura Arminianorum, dum ea, qvæ poſt lapſum reliqva ſunt rudera, gratiæ nomine veſtiunt, Arm. reſp. ad 31. Artic. 17. Corvin. contr. Tilen. c. VI. p. 155. & 406. & qvidem gratiæ primò collatæ, cujus rectum uſum DEUS ulteriori gratiâ remunerari velit, nec non gratiæ prævenientis: per qvam gratiam NB. POSSE HOMINEM BENE UTI NATURÆ LUMINE ajunt, etſi id velle ſpeciali gratiæ adſcribant; in qvo tamen ſibi non per omnia conſtant. At qvæcunq; gratia ad converſionem prodeſſe debet ex intentione DEI, ea merito Chriſti parta ſit oportet, qvod per*

ſe ἔυδυλον. At illa dona, qvæ dicuntur ex lapſu reliqva, non ſunt Chriſti merito parta. Non generatio, ſed regeneratio eſt effectus meriti Chriſti, ait Auguſtinus.

Docet Schelvv. & Bücherus fidem per Syllogiſmos, adeoq; per naturā dari, qvibus reſpondet Calov. in Armin. p. 250. *crucis ſermo ſtultitia ſit ſapientisſimis 1. Cor. 1. 24. ideoqve captivandum πᾶν νόημα ſub obſeqvium fidei 2. Cor. X. 5. p. 252. ubi Apoſtoli argumentis & rationibus ejusmodi uſi ſunt ad perſvadendam fidem Chriſtianam? Excutiantur Acta Apoſtolorum, ac ſcripta eorum divinisſima! Nuſpiam hujus generis argumentis ad dogmata fidei Chriſtianæ propria evincenda uſi deprehendentur.*

Qvidam novus Scholaſticus, intelligens nimis Pelagianum eſſe, naturam vocare gratiam *per ſe*, docet *naturam* tantum *eſſe gratiam per accidens*, ſed hoc qvoqve Pelagianum eſt, qvod natura ſit gratia per accidens. Qvemadmodum non tantum ille hæreticus eſt, qvi DEUM facit auctorem peccati per ſe, ſed etiam per accidens; ita non tantùm ille Pelagianus eſt, qvi docet: naturam eſſe gratiam per ſe, ſed etiam per accidens. Qværitur:

tur: An gratia per naturam detur? an per Spiritum Sanctum? an natura qvaſi conſecratum ſit inſtrumentum adducens ad DEUM?

Novus Scholaſticus Aphor. 7.

Per naturæ inſtinctus homo DEO gratus eſſe & beneficium accipere poteſt, non qvâ tales, ſed qvâ illi merito Chriſti ſint NB. (en Scepticiſmum!) *QVASI conſecrati, ut inſtrumenti vicem in adductione ad DEUM veriorемqve ejus cultum præſtare posſint.*

Orthodoxus.

Auguſt. de nat. & gratia ſ. 84. *non diffunditur gratia in cordibus noſtris vel naturæ vel voluntatis opibus (operibus) qvæ ſunt in nobis, ſed PER SPIRITUM SANCTUM qvi datus eſt nobis, qvi & infirmitati noſtræ opitulatur, & ſanitati cooperatur.*

Negat alias Schelvv. cum Buchero: bona opera ex vera fide orta DEO eſſe grata atqve placere; hic autem docetur: naturæ inſtinctus DEO eſſe gratos. Ergò ex novorum Pelagianorum hypotheſi natura corrupta DEO grata eſt & placet; opera verò ex gratia orta DEO ingrata ſunt & diſplicent. Qvid? qvod

ipſe homo impius DEO gratus dicitur per naturæ inſtinctus. Negat alias Ariſtarchus, legem eſſe pædagogum ad Chriſtũ, docetur autem hic: naturæ inſtinctus eſſe inſtrumentum in adductione ad verum DEI cultum. Pro gratia igitur natura ſubſtituitur, qvaſi natura infidelium ſit conſecrata merito Chriſti, adeoqve meritum Chriſti naturam inſtrumentũ fecerit adducendi homines ad verum DEI cultum, qvem errorem Pelagiano-Socinianum refutavit D. Calovius in Socin. p. 706.

Argumenta planè Pelagiana ſunt, qvæ hodiè novi qvidem Scholaſtici ſatis abſurdè proferunt:

Vulgus Scholaſtico-Pontificiorũ.	Vulgus novorũ Scholaſticorum.
Kan ein natürlicher junger Menſch eine ſchöne Jungfer lieb haben / ſo kan er auch vielmehr GOtt lieb haben ohne Glauben und Wiedergeburth. Scotus & Occã apud Luther. T. 6. Altenb. p. 599.	Kan ein bucklichter Schneider ein gerades Kleid machen / kan der Rabe dem Eliä Brod bringen / kan ein Lahmer dem andern den Weg weiſen / ſo kan auch ein Gottloſer recht lehren ohne Glauben und Wiedergeburth.

Eſt

Eſt hæc μετάβασις εἰς ἄλλο γένος, argumentatio à natura ad gratiam. Germanice opponentibus reſpondemus Germanicè: Die natürliche Liebe iſt nach dem Fall natürlich / und eine Jungfrau iſt äuſſerlich ſichtbar. Der Menſch iſt von Natur ein Sünder/ in ſündlicher Liebe. Aber die übernatürliche Liebe Gottes iſt nicht bey einem natürlichen Menſchen nach dem Fall. Vor dem Fall wars dem Menſchen natürlich/ GOTT zu lieben / weil ihm das Ebenbild Gottes natürlich war. Aber nun liebet er GOtt nicht von Natur / den er auch nicht ſiehet. Er liebet die Welt / und alſo nicht GOtt. 1. Joh. II. So jemand die Welt lieb hat/ in dem iſt nicht die Liebe des Vaters. Ein Kleid machen/ iſt natürlich/ Brod bringen/iſt äuſſerlich und natürlich / und war damahl extraordinaire. Den äuſſerlichen Weg weiſen/iſt natürlich / davon läſt ſichs nicht ſchlieſſen aufs übernatürliche. Ein blinder und lahmer Schneider kan kein Kleid machen/ ein Blinder kan dem Blinden nicht den Weg zeigen. Der Gottloſe iſt im Geiſtlichen nicht nur lahm / ſondern auch Blind / ja gar tod; Ein Todter aber kan nichts thun. Ohne mich könt ihr NB. nichts thun. Joh. 15. 1. Cor. 2. 14. Objicit M. B. p. 457. Menſ. XI. GOtt richtet ſich nach der Natur/ wenn er den Menſchen bekehret. Cui reſpondetur

detur ex Auguſtino: *DEUS ſanat judicio ſuo, nec ordinem ſanandi accipit ab ægroto* (Buchero.) Bucherus ſibi objecta qvæſtione, qvod gratiam DEI neget, ita reſpondit, ut aliam gratiam, præter naturam dari, neget, M. Büſcher B. Gewiß. p. 72. Gottes Wort wircket keine andere / als eine idealiſche und buchſtäbliche Erkäntnis / oder ein Spiegel Schau in uns. Idem Zugab. Menſ. 12. p. 701. Gottes Wort weiß von keinem andern Theologiſchen Erkäntniß / durch welches wir ſollen ſeelig werden / als welches buchſtäblich / und in buchſtäblichen Conceptibus gefaſſet wird. Daß das Wort Gottes als ein Licht und Krafft aus GOtt ins Hertz eindringe / das iſt eine Phantaſey.

Aſſerit Pelagianus Socinianizans naturam eſſe gratiam, literam ſpiritum, notitiam literalem & naturalem eſſe ſpiritualem, ex ſpeciali gratia Spiritus Sancti ortam. Refutatur autem à veri nominis Orthodoxis hac ratione:

Heterodoxus.	Orthodoxus.
M. Büch. 2. Addit. M. 12. p. 700. *notitia LI-*	D. Juſtus Feuerborn in Anti-Oſterodo Diſp.

TERALIS eſt SPIRITUALIS.	Diſp. 2. §. 3. p. 17. *Docemus, qvod irregeniti abſq; Speciali Spiritus S. gratia S. Scripturæ notitiam LITERALEM poſſint adipiſci; Aſt illa NON EST SPIRITUALIS.* ib. §. 11.

Pelagianus.	Lutheranus.
M. Buch. 2. Zug. Menſ. 12. p. 693. Die Buchſtäbliche Erkäntniß iſt keine natürliche Wiſſenſchafft/ ſondern eine heylſame Offenbahrung / und Wirckung der zuvorkommenden Gnade des Heil. Geiſtes / die von dem unerleuchteten Verſtande des Unbekehrten angenommen iſt / nicht mit natürlichen/ ſondern mit übernatürlichẽ Kräfften ibid. p. 700. notitia literalis eſt ſpiritualis.	Lutherus **in der Vorrede über den Brief an die Römer: Weñ ſie das** NB **Evangelium** NB. **hören/ ſo fallen ſie daher und machen ihnen** NB. NB. **aus eigenen Kräfften einen Gedancken im Hertzen / der ſpricht: Ich glaube/ das haltẽ ſie deñ für einen rechten Glauben / aber es iſt** NB. NB. **ein menſchlich Gedicht und Gedancken / den** NB. **des Hertzens-Grund nimmer erfähret.**

γνῶσις ψευδώνυμος.

Falſo nominata ſcientia ſine fide.

M. Büch. Zugabe Menſ. XI. p. 406. 407. Die Buchſtäbliche Wahrheit (der Unglaubigen) komt allein aus der Offenbahrung des H. Geiſtes/ und die wahren Concepten die der (gottloſe) Menſch ihm davon machet/ ſind effectus divinæ & ſpiritualis gratiæ, non naturalis operationis ib. p. 501. Eine natürliche und buchſtäbliche Theologie iſt kein natürlicher habitus &c. (ſondern übernatürlich.)

Notitia verè ſpiritualis ex ſpiritu fidei.

Auguſt. de gratia Chriſti c. Pel. ſ. 14. *Qui novit quidẽ quod fieri debeat, & NON FACIT, NB. NONDUM à DEO DIDICIT ſecundum GRATIAM, ſed ſecundũ LEGEM; non ſecundum SPIRITUM, ſed ſecundũ LITERAM.* Auguſt. de Grat. Chr. c. Pel. §. 15. *Quando DEUS DOCET, non per LEGIS LITERAM, ſed per SPIRITUS GRATIAM, ita docet, ut quod quisque didicerit, non tantum cognoſcendo videat, ſed etiam volendo appetat, agendoque perficiat.* Idem Auguſt de grat. & lib. arbitr. §. 28. 2. Cor. 4. 13. *Habentes eundem Spiritum fidei.* Ergo Spiritus gratiæ facit, ut habeamus *fidem.* 2. Cor. 3. 2. *Epiſtola noſtra vos eſtis, ſcripta NON ATRAMENTO, ſed Spi-*

SPIRITU DEI vivi. Hic eſt Spiritus ſcientiæ & pietatis Eſ. XI, 2. Proverb. 2. 2. Tim. 1, 7.

Gratia ſine fide Pelagiana.	Gratia fidei Orthodoxa.
M. Buch. Zugab ad Menſ. XI. p. 507 *Theologia literalis & naturaliter vera non eſt habitus mentis naturaliter acqviſitus. Impii notitia eſt ex* SPECIALI *luminis divini* GRATIA. Id. de notit. lit. §. 2. p. 4	Auguſt. Tom. 10. p. 535. d. *Appareat nobis in noſtro capite ipſe fons gratiæ, unde ſecundum uniuscujusq; menſuram ſe per cuncta ejus membra diffundit. Ea gratia fit* NB. AB INITIO FIDEI *ſuæ homo qvicunq; Chriſtianus, qva gratia homo ille ab initio ſuo factus eſt*

Chriſtus: de ipſo Spiritu & hic renatus, de qvo eſt ille natus; eodem ſpiritu fit in nobis remisſio peccatorum, qvo ſpiritu factum eſt, ut nullum haberet ille peccatum.

Literalis notitia naturæ operum.	Spiritualis notitia gratiæ.
M. Büch. 2. Zug. Menſ. XII. p. 693. Die buchſtäbliche Erkäntniß iſt ein wahres götts	*Cum in tabulis ſcribuntur opera caritatis, lex eſt operum, & litera occidens prævaricatorem: cum au-*

göttliches Erkäntniß an ihm ſelbſt/ ſecundum veritatem Metaphyſicam, durch welches der Menſch kan bekehret werden.

tem ipſa caritas diffunditur in corde credentium, lex eſt fidei & Spiritus vivificans dilectorem. Auguſt. de ſpir. & lit. §.29. §. 30. *Lex operum extra hominem ſcribitur, ut eum forinſecus terrificet; Lex fidei in ipſo homine, ut eum intrinſecus juſtificet.* 2. Cor. 3. 3. §. 35. *Atramentum eſt literæ, ſpiritus, DEI vivi.*

Litera novi Teſtamenti eſt Pelagio ſpiritus & gratia. Pelagius enim per literã Rom. II. ult. literam legis V. T. tantum intelligit: *Non ſecundum literam legis, ſed ſecundum novum Teſtamentum.*

Gratia Vet. Teſt. litera.	Gratia Novi Teſtamenti Spiritus fidei.
M. Bücher 2. Zugab/ M. 12. p. 691. Ein buchſtäbliches Erkäntniß/ ſo ein Unbekehrter aus Gottes Wort gelernet/ iſt ein lebendiges Erkäntniß.	Auguſt. de Spirit. & lit. c. 8. §. 13. *Paulus Rom. 2. 17. circumciſionem cordis dicit, purã ſcilicet ab omni illicita concupiſcentia voluntatem: quod non fit litera docente & minante, ſed ſpiritu adjuvante atque ſanante.*

Ele-

leganter de litera & ſpiritu Auguſtinus
git, ubi locum Jer. 31. 31. *leges meas in cor*
lorum & in mentem eorum ſcribam, confert
um 2. Cor. 3. 3. & l. c. de ſpir. & lit. §. 36.
ribit : *Qvid ſunt leges DEI ab ipſo DEO*
riptæ in cordibus, niſi ipſa præſentia Spiritus
ancti, qvi eſt digitus DEI, qvo præſente dif-
unditur charitas in cordibus noſtris, qvæ ple-
itudo legis eſt, & præcepti finis. In Vet. Teſt.
romiſſa terrena & temporalia recitantur,
ujus carnis, nunc bonum cordis promittitur,
entis bonum, Spiritus bonum, & §. 42. de
ſpir. & lit. *cum hæc appareat diſtantia Vete-*
is & Novi Teſtamenti, qvod lex ibi in tabu-
is, hic in cordibus ſcribitur, ut qvod ibi fo-
inſecus terret, hic delectet intrinſecus, ibiq;
iat prævaricator per occidentem literam, hic
ilector per vivificantem ſpiritum: non ideò
licendum eſt, qvod DEUS adjuvet nos ad ope-
andam juſtitiam atqve operetur in nobis &
velle & operari, pro bona voluntate, qvia præ-
eptis juſtitiæ forinſecus inſonat ſenſibus no-
ris; ſed qvia intrinſecus incrementum dat,
liffundendo caritatem in cordibus noſtris per
Spiritum Sanctum. Idem Auguſtin. de
Spir. & litera §. 31. *Novi Teſtamenti Spiri-*
tus & juſtitiæ miniſtratio dicitur, qvia per
donum Spiritus operamur juſtitiam. Er-

Error. X. Schelvv. & Buch.
Dona naturalia infidelium eſſe gratiam ordinariam Nov. Teſtam. ſtrictè dictam.

Diſtingvunt Novi Scholaſtici inter *Theologiam ſanctificantem* & *adminiſtrantem*, & concedunt: infideles qvidem non habere ſacroſanctam Theologiam, ſed impiam & profanam, qvæ tamen ſit à Speciali Spiritus S. gratia, qvia impii θεοδίδακτοι & dona adminiſtrantia habeant Spiritualia. Refutavimus hunc errorem in veri nominis Orthodoxia per Exegeſin 1. Epiſt. ad Timotheum demonſtrata, ubi demonſtravimus, dona adminiſtrantia ſpiritualia ex ſanctificantibus oriri, adeoqve non cadere in irregenitos. Conf. Marc. 16. Pſ. 68. Eph. IV. c. I. 19. ſeqq. Qvandò autem dona irregenitorum *naturalia*, vocantur *ſpiritualia*, Pelagianismus hâc luce clarior apparet. Concedimus dona impiorum naturalia â Spiritu Sancto eſſe, in regno *naturæ* contaminatæ, non autem in regno *gratiæ*. Dona DEI naturalia multa habent & mali, qvia illa bonis & malis ſæpè ſunt communia. Sunt autem alia

alia dona *filiorum hæredum*, alia filiorum *exhæredatorum* v. Auguſt. Tom. 6. p. 397. b.

DEUS operatur in cordibus impiorum ad inclinandas eorum voluntates, pro meritis eorum, judicio ſuo ſemper juſto. Auguſt. de grat. & lib. arbitr §. 41. Voluntates impiorum ita ſunt in DEI poteſtate, ut eas qvo voluerit faciat inclinari, vel *ad beneficia* qvibusdam præſtanda, vel ad *pœnas* qvibusdam ingerendas Rom. 9. 22. Ex. 7. 3. c. 10. 1. Joh. 7. 4. 12. Factus eſt timor ut fugerent, & hoc factum eſt, ut vindicaretur peccatum eo modo, qvo fuerat vindicandum. DEUS dominatur & voluntatibus hominum, & qvos vult in formidinem convertit iratus.

DEUS ipſo *Diabolo* utitur peſſimo, ſed optime, ad exercendam & probandam fidem & pietatem bonorum. 2. Reg. 17. 14. *Dominus conſilium disſipat, qvod dederat Achitophel*, agendo in corde Abſolon, ut tale conſilium repudiaret. Auguſtinus de grat. & lib. arbitr. §. 42. *Qvis non iſta divina judicia contremiſcat, qvibus agit DEUS in cordibus etiam malorum hominum, qvicqvid vult, reddens tamen ſecundum merita eorum?* 2. Reg. 12. 8. & 14. NB. v. 15. *erat conver-*

verſio à Domino. 2. Paral. 21. 16. *ſuſcitavit Dominus ſuper Joram ſpiritum Philiſtim & Arabum.* Agit omnipotens in cordibus hominum etiam motum voluntatis eorũ, qvi per eos agat qvod per eos agere ipſe voluerit, qvi omnino injuſtè aliqvid velle non novit. 2. Paral. 25. 7. *Quomodo virtus DEI alios adjuvat in bello, dando eis fiduciam, alios immiſſo timore vertit in fugam, niſi qvia ille qvi in cœlo & in terra omnia qvæcunqve voluit fecit, etiam in cordibus hominum operatur?* Pſ. 134. 6. Reg. 14. 11. 2. Paral. 25. 20. DEUS idololatriæ peccatum volens *vindicare*, hoc operatus eſt in ejus corde, cui utiq; *juſtè iraſcebatur*, ut admonitionẽ ſalubrem non audiret, ſed ea contemta iret in bellum, ubi cum ſuo exercitu caderet. Ezech. 14. 9. Eſt. 3. & 4. 5. Prov. 21. 1. Pſ. 104. 25. Rom. 1. 24. 26. 28. 2. Theſſ. 2. 10.

Qvia DEUS malis benè utitur, uſus qvoqve hactenus eſt malitia Schelwigii & Bûcheri, ad exercendos pios, ad detegendam Pſeudorthodoxiam, ad veri nominis Orthodoxiam hoc ipſo certamine eruendam. Si Matæologi tacuiſſent, orthodoxi manſiſſent; nunc autem eorum Pſeudorthodoxia hac luce clarior.

Præ-

Præclare David 2. Reg. 16. 10. 11. *Sinite illum, maledicat, qvoniam dixit illi Dominus. Qvomodo dixerit Dominus huic homini* (Buchero) *maledicere David* (Spenero), *qvis ſapiens & intelliget? Non enim jubendo dixit, ubi obedientia laudaretur; ſed qvod ejus voluntatem proprio vitio ſuo malam in hoc peccatum judicio ſuo juſto & occulto inclinavit, ideo dictum eſt: dixit ei Dominus. DEUS utitur cordibus etiam malorum ad laudem atqve adjumentum bonorum. Sic uſus eſt NB. Juda tradente Chriſtum, ſic uſus eſt Judæis crucifigentibus Chriſtum. Et qvanta inde bona præſtitit populis credituris?*

Agnoſcimus igitur operationem DEI in infidelibus & impiis, ſed dona impiorum propterea eſſe *Spiritualia, ex Speciali Spiritus Sancti gratia* orta, Schelwigio & Buchero credet Judæus Apella. DEUS malis bene utitur. Ob peccata noſtra mortuus eſt Chriſtus. Ubi peccatum abundavit, ibi ſuperabundavit gratia JESU CHRISTI. Rom. V. Si qvis vellet inferre: Ergò facienda ſunt mala, ut inde eveniant bona, ut illuſtris reddatur DEI gloria? hujus damnatio juſta eſſet. Hoc enim factum eſt per accidens, qvod gra-

tia

tia DEI illuſtris reddita per peccatum, ex bonitate DEI infinita. Pari modo DEI bonitas miniſterio malo malorum uti poteſt benè. Paul. Phil. 1. & Auguſtana Confeſſio in ſolatiũ Eccleſiæ loqvitur de efficacia verbi & Sacramentorum per malos, ſed ſi qvis exinde colligeret: Ergò mali ſunt ordinandi ad Eccleſiam? Ergò dona eorum ſunt ſpiritualia ex gratia ſpeciali Spiritus Sancti? Ejus damnatio eſſet juſtiſſima. Bonitas DEI & efficacia verbi & Sacramentorum eſt, qvæ boni qvid facit, non autem impius miniſter, à qvo nec verbi, nec Sacramentorum vis dependet.

De malo Bileamo qvo DEUS bene uſus eſt, prolixè egimus in Part. 2. Hiſtor. Eccleſiaſt. ad qvam veritatem hactenus nihil reſponſum.

Pſeudorthodoxus Buch. de notit. lit. p. 8. §. 8.	Pſeudo-Propheta Bileam.
Dari in impiis etiã habitus & notitias ϑεοδότυς, qvi negat, Bileamum, Iſchariotem &	*Nota, προφήτην vocari, non qvi talis erat, ſed qvi talem ſe dicebat. Sæpe enim nomen* נביא *in Sacris literis uſur-*

& plures alios è numero Prophetarum Apoſtolorum & Evangeliſtarum eximat, neceſſe eſt.

uſurpatur ſecundū id, qvod putatur, non qvod eſt. Et in eo ſenſu interpretes ſæpè vertunt PSEUDO-PROPHETA. Grot. ad 2. Ep. Petr. c. 11. in Bibliis Critic. Tom. V. p. 1765. Ib. p. 1759. Druſius obſervat: *Hieronymus ſcribit: Bileamum initio fuiſſe Prophetam DEI. Primū Vir* NB. *Sanctus, poſtea per inobedientiam & deſiderium munerum* קוסם *factus.* v. ibid. plura, ut & in Parte II. Hiſt. Eccleſiaſt. Bucherus confundens ſtatum gratiæ & lapſus, adhæc omnia hactenus abmutuit, magis qvam ὑποζύγιον ἄφωνον. Eandem confuſionem committit exemplo Iſchariothis, qvi primò pius fuit, poſtqvam Apoſtolus factus. Deindè impius factus eſt, teſte D. Fried. Balduino in 2. Timoth. 2. p. m. 612. aphor. 12. *Judas erat olim vas aureum, ſed in contumeliam factus eſt, cum fur fieret proditorqve Domini.*

Qvamdiu qvis in ſtatu gratiæ eſt, tamdiu dona adminiſtrantia habet ſpiritualia; lapſus verò ex gratia, non niſi notitiā naturalem & literalem cum donis naturalibus retinet, teſte Chriſto, Joh. 15, 6. *Si*

tia DEI illuſtris reddita per peccatum, ex bonitate DEI infinita. Pari modo DEI bonitas miniſterio malo malorum uti poteſt benè. Paul. Phil. 1. & Auguſtana Confeſſio in ſolatiũ Eccleſiæ loqvitur de efficacia verbi & Sacramentorum per malos, ſed ſi qvis exinde colligeret: Ergò mali ſunt ordinandi ad Eccleſiam? Ergò dona eorum ſunt ſpiritualia ex gratia ſpeciali Spiritus Sancti? Ejus damnatio eſſet juſtiſſima. Bonitas DEI & efficacia verbi & Sacramentorum eſt, qvæ boni qvid facit, non autem impius miniſter, à qvo nec verbi, nec Sacramentorum vis dependet.

De malo Bileamo qvo DEUS bene uſ, eſt, prolixè egimus in Part. 2. Hiſtor. Eccleſiaſt. ad qvam veritatem hactenus nihil reſponſum.

Pſeudorthodoxus
Buch. de notit. lit.
p. 8. §. 8.

Dari in impiis etiã habitus & notitias θεοδότους, qvi negat, Bileamum, Iſchariotem &

Pſeudo-Propheta Bileam.

Nota, προφήτην vocari, non qvi talis erat, ſed qvi talem ſe dicebat. Sæpè enim nomen נביא *in Sacris literis uſur-*

& plures alios è numero Prophetarum Apoſtolorum & Evangeliſtarum eximat, neceſſe eſt.

uſurpatur ſecundū id, qvod putatur, non qvod eſt. Et in eo ſenſu interpretes ſæpè vertunt PSEUDO-PROPHETA. Grot. ad 2. Ep. Petr. c. 11. in Bibliis Critic. Tom. V. p. 1765. Ib. p. 1759. Druſius obſervat: *Hieronymus ſcribit: Bileamum initio fuiſſe Prophetam DEI. Primū Vir* NB. *Sanctus, poſtea per inobedientiam & deſiderium munerum* קוסם *factus.* v. ibid. plura, ut & in Parte II. Hiſt. Eccleſiaſt. Bucherus confundens ſtatum gratiæ & lapſus, ad hæc omnia hactenus abmutuit, magis qvam ὑποζύγιον ἄφωνον. Eandem confuſionem committit exemplo Iſchariothis, qvi primò pius fuit, poſtqvam Apoſtolus factus. Deindè impius factus eſt, teſte D. Fried. Balduino in 2. Timoth. 2. p. m. 612. aphor. 12. *Judas erat olim vas aureum, ſed in contumeliam factus eſt, cum fur fieret proditorqve Domini.*

Qvamdiu qvis in ſtatu gratiæ eſt, tamdiu dona adminiſtrantia habet ſpiritualia; lapſus verò ex gratia, non niſi notitiā naturalem & literalem cum donis naturalibus retinet, teſte Chriſto, Joh. 15, 6. *Si*

qvis in me non manſerit, ejectus eſt foràs ſicut palmes & exaruit, & colligunt eos, & in ignẽ conjiciunt, & ardet. Qvæ verba de donis adminiſtrantibus præclariſſimè exponit D. Gerhard. in Harm. Evangel. in h. l. p. 1406. ſcribens: *Intelligitur per hanc infrugiferorum palmitum non manentium in Chriſto arefactionem primò privatio gratiæ cœleſtis, donorum ſanctificantium & interioris pietatis &c. Secundò privatio donorum NB. miniſtrantium, ac pietatis etiam exterioris. Qvi ab interiore cum Chriſto communione ſeparati ſunt, NB. in illos Spiritus Chriſti derivari neqvit, nec ſenſum nec motum à Chriſto tanqvam capite participant, privantur donis ſanctificantibus &c. interim tamen qvandoqve ad tempus dona miniſtrantia, qvas gratias gratis datas vocant, adhuc retinent & externam pietatis Speciem præ ſe ferunt, qvam Apoſtolus vocat μόρφωσιν εὐσεβείας 2. Tim. 3. 5. ſicut palmes etiam à vite ſeparatus ad tempus aliqvid viroris & foliorum retinet, ſed ſæpius contingit, ut progreſſu temporis etiam dona miniſtrantia amittant, ac ne qvidem externam pietatis ſpeciem retineant, ſicut palmes præciſus tandem penitus exareſcit.* Ad verba Chriſti Joh. 15. 7. *Si manſeritis in me, &*

ver-

verba mea in vobis manſerint, qvicqvid voluerit is,petetis,etiam fiet vobis, Conf.Harm. Ev. l. alleg. *Qvando ejus verba manent in memoria,nec inveniuntur in vita, non computantur in palmites, qvia vitam non attrahunt à radice. Multi memoria retinent & deridens, in his verba Chriſti NB. non manent.* E. notitia verborum Chriſti in nuda memoria ſine fide,non eſt niſi ψευδώνυμος γνῶσις. Optimè qvoqve Auguſtinus Tom. 4. p. 90. d. Dona *Spiritualia*, qvæ donat DEUS, non auferet, niſi NB. tu dimiſeris: *carnalia* verò ipſe aufert, & qvisqvis alius aufert, ipſo conante poteſtatem aufert. Id. *Dona DEI accipere aut habere non poteſt anima, niſi conſentiendo.* Tom. X. p. 81. a. Idem: *Orandum eſt, ut DEI dona in nobis augeantur.* T.4. p.989. f. orare verò non poteſt irregenitus.

Privationem donorum adminiſtrantium ex defectu donorum ſanctificantium, probabimus hic exemplo Bücheri, qvi ut palmes præciſus penitus exareſcit, & *ſpiritualiter* & *naturaliter*. Propter malitiæ ardorem & ignem infernalem ex animo per lingvam & omnes ejus ſenſus arden-

tem exaruit hactenus oculus, ne videat, auris, ne audiat, mens, ne intelligat, lingva, qvæ non niſi aqvam pullulat infernalem, ne qvicqvam boniloqvi qveat, inde factus eſt ἄλογος & ὑποζύγιον Satanæ ἄφωνον.

Bücnerus ἄλογος, ſibi ipſi apertè contradicens.

M. Buch. Menſ. XI. p. 471. *Argumentum non qvidem à pari, tamen à ſimili valet.*	M. Büch. d. Gewiſſen. Præf. §. 4. lin. ult. *Similia illuſtrant, non probant.*
Schelw. Syn. art. 1. Qv. 1. *Theologia non notat Sacram Scripturam.*	M. Buch. Zug. M. XI. p. 524. Die Theologie iſt eine Doctrin, wie kan ſie denn von der H. Schrifft unterſchieden ſeyn?

Er confundiret habitum & doctrinam, muß geſtehen / daß es nicht einerley ſey / und alſo / wenn Theologia ut habitus intra hominem conſideriret wird / wie Herr D. Breithaupt ſehr diſtincte redet / ſo könne die Schrifft nicht die Theologie ſeyn / weil ſie nicht ein habitus iſt; wenn aber die Theologie extra hominem ut doctrina betrachtet wird / muß es Büchner ſelber wider

wider Schelwigen bekennen/ daß die Schrifft und Theologie eins ſind.

Bücher *ἄλογος*, qvia ad rem ipſam reſpondere neqvit, diſputationem de rebus, trahit ad diſputationem de nominibus, ad *λογομαχίας* deflectens:

Schelw. Synopſ. Art. 1. Q. 2.

An Theologia Chriſtiana (non tantum nomen) *accipi qveat pro fide Chriſtianorũ?* Conf Reſponſio ad totam qvæſtionẽ, ubi de objecto & fine Theologiæ ipſi9, non tantum de nomine agitur. Item, de Theologiæ ipſi9 incremento & decremento, non vero de incremento & decremento ſolius nominis.

M. B. Zugab. Menſ. XI. p. 515. Die Frage iſt nicht von der Theologie, als der Sache ſelber / ſondern vom NB. Wort / Nahmen/ und Redens-Art. M. B. l. c. p. 528. Nicht von der Sache/ſondern nur von den NB. Nahmen der Theologie wird diſputirt / ob dis Wort könne vor den Glauben genommen werden / nicht aber/ ob die Theologie könne ohne Glauben ſeyn? Erubuit, ſalva res eſt! Revocavit Matæologus, ſalva Theologia fideliũ eſt. De Theologia infidelium actum.

Ca- Ve-

Calumnia ἀλόγυ.	Veritas.
M. Buch. XI. Menſ. p. 453. obj. Gegner muß nothwendig geſtehen / daß Gott nicht alle Menſchen / die ſein Wort hören / u. darauff mercken / und ſeinem Geiſt muthwillig wiederſtehen / in ſolchem Stande eine kräfftige Gnade / auch nicht einmahl primam & prævenientem gratiam geben wolle. Reſpond. ad Calum. B. Gratia præveniens eſt accenſio fidei, qvam DEUS	M. Bücher führet p. 450. Menſ. XI. §. X. meine Worte ſelber an: *Quæſtio eſt, an in homine irregenito ſit gratia regenerationis in actu operationis?* &c. ib. p. 451. *Non eſt qvæſtio: an DEUS irregenitũ illuminare & convertere velit? hoc enim facile conceditur. Nec eſt qvæſtio: An DEUS media converſionis & illuminationis fidei ac ſalutis omnibus porrigat? Hoc enim iterum conceditur.*

omnibus dare vult, niſi gratiæ ſeriæ & efficaci, ordinariæ tamen, moroſe reſiſtant, Act. 7. 2 Cor. 4. Non habent ejusmodi reſiſtentes gratiamDEI in actu operationis intra ſe, qvia eam non admittunt, ſed inde non ſeqvitur calumniatoris effatum

tum ἄλογον, qvod DEUS illis gratiam ſuam deneget. Eſt qvoq; Dictum ἀλόγȣ, M. Buch. in b. gew. p. 85. kein äuſſerlicher Beruff kan ohne innerlichen ſeyn. Qvod refutatione indignum.

Bücher.	ἄλογος.
M. B. Menſ. XI. p. 452. ob ein Unwiedergebohrner / der die zuvorkommende Gnade des H. Geiſtes hat / durch dieſelbige Luſt u. geiſtlichen Verſtand hat ꝛc. ob in einem ſolchen Menſchen eine kräfftige Gnade ſey? ꝛc.	Wenn Bücher die Logicam gelernet / würde Er ſich vor den Schul-Knaben nicht proſtituiren mit der petitione principii. Denn das war die Frage / ob ein Gottloſer die zuvorkommende Gnade habe / das iſt / ſo admittire / daß er geiſtliche Luſt und Erkäntniß habe?

So könte Bücher beweiſen / daß ein Armer reich ſey / wenn er ſagt / es iſt die Frage / ob einer der viel Geld hat / reich ſey? aber davon war die Frage / ob er viel Geld habe? Wenn einer ins Waſſer fällt / ſo wird er naß; Wenn einer die Gnade

 hat/

hat / ſo hat er freylich die Gnade / aber davon war die Frage / ob er ſie habe? Petitionem Principii committit Logicus ἄλογος.

Calumniator ἄλογος.	αὐτοκατάκριτος.
Schelw. in Præf. Syn. *Sciendum, qvod ex adverſariis nunc eos ſepoſuerim qvos Hyperpietiſtas appellare liceat &c. Non niſi cum illis agere conſtitui, qvi gregales ſe agnoſcere, cauſæqve communis patrocinium, qvotiescunqve aliqvis ex ipſis impetitur, clam palamve ſuſcipere non erubeſcunt.* Conf. Schelw. & B. libellos famoſos paſſim.	M. Büch. Zug. des XI. Menſ. p. 517. Wo ſtehet die Verläumdung / in welcher pagina, und in welcher Zeilen? deß dieſer Männer mit keinem Wort in der erſten Qvæſtion, mit keiner Sylben / mit keinem Buchſtaben / mit keiner Citation gedacht wird. Gegner muß es nur errathen. ibid. p. 485. Schelwigs in ſeiner Synopſi eigentliches

Abſehen iſt nicht geweſen / die Irrthümer der Pietiſten anzuführen / oder ihre Meynung zu unterſuchen ꝛc. ib. p. 557.

Wo

Wo haben wir denn den Männern Gottes imputiret/ daß ſie gelehret/ als ob das Objectum Theologiæ ſey die Theologia ſelber? Warum führet man unſere Worte nicht an?

Bucherus ἀυ]οκα]άκρι]ος ſcribit contra Lutherum redivivum, ubi non niſi propria Lutheri verba allegata, adeoq; Lutherum refutat; p. 536. Zug. Menſ. XI. ſeipſum refutat & Lutheranos. ib. p. 544. contra D. Muſæum. ib. p. 547. dicit: es irret Muſæus. Satis pro imperio Pſeudorthodoxo Magiſterculi & Philoſophaſtri. Scribit contra D. Gerhardum & Schefferum &c. Allegat pro ſe ſocinianizantem Arminianum Clericum. Huetium in rebus hiſtoricis allegari, pedantico ſupercilio ridet. Primò docet gratiam ante fidem, deinde aſſerit: illam gratiam ante fidem eſſe initium fidei, ut ſupra demonſtratum. Confundit *gradus* in incremento fidei, cum ordine gratiæ ante fidem Pelagiano. M. Buch. Menſ. XI. p. 457. Gottes Wort iſt der Saame der zuerſt wurzelt/ darauff das Graß/ nachmals die Aehren/ und denn den vollen Weitzen bringet. Marc. IV, 28. ubi de incremento

I 5 fideli-

fidelium ſermo eſt, non verò de infidelib, & ordine gratiæ Pelagiano.

Fidem Büch. opponit imagini divinæ. Mavult ipſe errare, qvam veritatem cognoſcere, ut poſſit calumniari. Ita ſcribit im Gew. p. 2. wir kommen durch den Glauben zu GOtt / und nicht durch das göttliche Ebenbild. Fidem qvoqve opponit imagini DEI p. 4. & 5. Qvaſi verò fides ab inſtauratione imaginis divinæ poſſit ſeparari. ἄλογος dum reſpondere neqvit, ad calumnias confugit ubiq́ꝫ, inprimis p. 735. der 2. Zug. Menſ. 12. ut & in Præf. B Gew. daß man gelähret/ Agrippa habe vor dem Glauben / und da er noch kein Chriſt war / die vorhergehende Gnade gehabt. Reſpondeo: Wo ſtehet das? Ich glaube daß er ein heimlicher Chriſt geweſen/ eine kurtze Zeit/ per gratiam prævenientẽ, u. daß ſein verborgener Glaube bald in äuſſerliche Wercke ausgebrochen wäre / wo er nicht der gratiæ ſubſeqventi widerſtanden hätte / welches ich öffentlich geſetzt / und der Sophiſt unverſchämt verkehret / auf das allerargliſtigſte. Ipſe Bucherus ib. p. 738. ſcribit: Paulus habe aus Eingeben des H. Geiſtes gewuſt/

wuſt / daß Agrippa glaube / und zwar aſſenſu divino. Ergo fides & confeſſio ut bonum fidei opus jam aderat, fides erat accenſa per gratiam prævenientem, qvã fidei primas ſcintillas accendere & partẽ eſſe majoris gratiæ ſubſeqventis Bucherus concedit; ſed reſiſtebat Agrippa gratiæ ſubſeqventi, qvæ fidem corroborare volebat, ideoq; propter hanc reſiſtentiam lapſus, fidei naufragium fecit.

Bucherus ἄφωνος tandem aliqvando obmutuit. Sycophanta fatendo publicè, ſe præter ſcommata & ſcurrilitates nihil ſolidi proferre poſſe, errorẽ ſuum agnoſcit. M. Bücher bekennet / daß er und Schelwig ſonderlich in der Synopſi in Erforſchung der Lehre D. Speners und anderer Gegner ſich vergangen. Zugabe ad Menſ. XI. p. 512. It. in Præf. des b. Gewiß. Sæpè promiſit ſe de ordine Gratiæ acturum eſſe ex Auguſtino, ſed ubiq; piſce magis mutus eſt, vix verbis ſuis calumniari amplius poteſt, ideò nil præter ſcurrilitates ex incivilitate morum effundit. Obmutuit ad Part. 2. Hiſtor. Eccleſiaſt. inprimis de Bileamo &c. M. Buch. im b. Gew. p. 25. de Bonaventura nil reſponſum eſſe dicit, de qvo tamen

actum

actum in P. 2. Hiſtor. Eccleſiaſt. c. V. ubi §. 14. p. 134. probavimus: Bonaventuram fuiſſe Theologum Myſticum, Scholaſticorum hoſtem, ideoq; à B. Luthero laudatum. Qvia Bucherus regerere nil valet, ut cœcus & ſurdus negat ſe illud legiſſe, vel vidiſſe vel audiviſſe.

Obmutuerũt & Socii Pontis Scholaſtici. Ultima vox viro indigna fuit hæc: Epiſtola Pauli ad Timotheum ſcripta, ad Timotheum & Paulum tantum ſpectat, non ad alios. Sed huic objectioni per ſe ſatis abſurdæ ſatisfecit Bald. in Commentar. in 1. Epiſt. ad Tim. p. m. 3. ſcribens: *Hæc omnia ita præſcribuntur Timotheo, ut in ipſo alii Eccleſiarum miniſtri exactisſimam habeant ideam, qvomodo munus ſibi demandatum adminiſtrare debeant. Habemus ergò hic Epiſtolarem inſtitutionem de gubernatione Eccleſiæ, ubi & doctoribus & auditoribus ſalutaria præſcribuntur præcepta &c.* Idem in c. 1. Epiſt. 2. ad Timoth. p. 483. *ultima Pauli valedictio, qvâ non tantum Timotheum, ſed & univerſâ Chriſti Eccleſiam ſalutavit, in piorum animis ſtimulos relinqvere poteſt.* Conf. Rom. 15. 4. Objiciunt ἄφωνοι Bileamum, Saulem, Caipham Judam, Iſchariothen; Sed miror, oppo-

opponentes negare, Epiſtolam ad Timotheum ad ſe & omnes ſpectare; affirmare autem eosdem, exemplum Bileami &c. ad ſe ſpectare & impios alios. Ita affirmant, ſe non in claſſem piorum, ſed ad impiorum catervam referendos. Non exemplis, ſed regulis univerſalibus eſt judicandum. Illi autem normam univerſalem eſſe Epiſtolam ad Timotheum negant, è contrario autē ad exempla qvædam impiorum provocant. Hoc modo depravatur Sacra Scriptura, Libri Canonici rejiciuntur, impiorum exempla canonis loco omnibus obtruduntur. Pſittacus loqvens, uſum loqvelæ naturaliter acqviſitum poſſidet. Sed qvis Pſittaco uſum rationis affingere poteſt? Dona adminiſtrantia, habitus permanentes ſint, neceſſe eſt, qvibus pro re nata uti, in adminiſtrantis ſanctificato ſit arbitrio; qvis verò probare poteſt, illos impios extraordinaria illa dona immanentia habuiſſe? Hic aqva ubiq; hæret. Ἄφωνοι ut ἄλογοι ſint, neceſſe eſt. Ubi ratio Schelwigii & Bucheri? ubi oculi? ubi aures? ubi guſtus & experientia gratiæ divinæ? ubi Apologia errorum ſolida? ubi doctrina

&

& notitia literalis pura? ubi dona adminiſtrantia? Exemplo ſuo probant ſatis luculenter, omnes illos exareſcere, qvi per dona *ſanctificantia* non manent in Chriſto i.e. dona *miniſtrantia* qvoqve amittere, ac ne qvidem externam pietatis ſpeciem retinere, ſed Fanaticos, hæreticos, calumniatores & ſcurras fieri publicos, donec colligantur & in ignẽ conjiciantur æternum. Joh. 15. 6. Gerhard Harmon. p. 1406. Faxit DEUS, ut per dona ſanctificantia convertantur, & tam in illis, qvam in donis adminiſtrantibus exinde ſurgentibus vivant, imò in DEO immortali vitam vivant æternam!

Error XI. Schelwigii & Bucheri. Qvod REVELATIO Scripturæ, LEX & DOCTRINA Evangelica ſit gratia ſtrictè dicta.

Lex bona eſt, à DEO homini data; revelatio Sacræ Scripturæ, & doctrina Evangelica non eſt negligenda, nec ἄμεσος aliqvis ſalutis acqvirendæ modus eſt qværendus, multo minus doctrina â gratia ſeparanda eſt cum Pſeudorthodoxis, qvi externæ doctrinæ unicè inhærendo, inter-

ternæ gratiæ Spiritus Sancti reſiſtunt, & ſola informatione univerſam gratiam abſolvi arbitrantur, verè orthodoxos autẽ calumniantur, qvaſi doceant, qvod ſalus non per doctrinam, ſed alio qvodam ἀνωνύμῳ medio conferatur, qvæ calumnia verè Pſeudorthodoxa, id eſt, Diabolica eſt. Joh. 8. qvia *mendaciorum Pater Diabolus.* Pſeudorthodoxi putant, qvod *in ſcripturis habeant vitam, etſi ad Chriſtum non veniant, ut vitam habeant*, Joh. V.

Pſeudorthodoxus.	Orthodoxus.
Notitia Theologica ex ſcripturis hauſta in homine impio eſt ex Spiritus Sancti influxu. Schelw. Synopſ. Art. I. Qv. 5. *impius eſt à DEO doctus.* ib. Qv. 6. *Homo infidelis & impius vitam habet è verbo DEI, etſi non vivificetur, qvia vivificatio hominis fit in regeneratione & converſione: viva autem* ver-	Chemnitius in Harmon. Evangel. ad c. V. Joh. p. 376. ſeq. *Scripturas non obiter inſpiciant & legant, neqve externum corticem & NB. literam mortuam tantum arripiant &c.* Ib. *vult Scripturas non legi opinione operis operatè ſicut Judæi in Synagogis, & Pontificii* (ac Pſeudorthodoxi) *in* tem-

verbi operatio regenerationem & converſionem antecedit. Syn. Sch. ib. Q. 8. p. 33. ed. primæ. *Vitam ex verbo habet homo impius, qvi infidelis manet.* M. Bucher. de not. lit. & ſpirit. p. 12. §. 6. *Si extra conceptum vita & virtus divina eſt verbum DEI, prout in literis ſacris deſcriptum exſtat, multo minus negari debet in conceptu NB. ipſius impii. ib. p. 11. §. 5. In ipſo diabolo eſt à Spiritu Sancto vera & divina & ſpiritualis rerum ſpiritualium intelligentia.* Schelw. Synopſ. Q. 10. Art 1. *Verbum DEI eſt, etſi in NB. alio, qvã DEI ſenſu accipiatur.*

templis eas legunt. ib. *oſtendit fruſtra laborem Scripturis impendi, niſi NB. Chriſtus in illis qværatur NB. inveniatur & accipiatur.* ib. *tunc Chriſtũ in Scripturis invenimus, qvando deſiderium FIDEI in nobis excitatur, ut velimus ad Chriſtum venire, & qvidem ideo, ut vitam habeamus, aliàs vanus eſt labor, qvem Scripturis impendimus.* ib. *Licet Scriptura Chriſtum NB. monſtret, & in eo nobis vitam offerat: illi tamen præſumpſerunt, ſe non velle ad Chriſtum venire, nec vitam in Chriſto velle qværere. Eſt igitur graviſſima accuſatio, qvod lucem, qvæ in ſcriptura ſponte*

te ſe offert, contumaciter obruant, & ſibi NB. præcludant. ib. p.377. *Eſt vita æterna in ſcriptura, non ſicut medicina in pixide eſt concluſa, nec ſicut in Chriſto vita eſt eſſentialiter & NB. FORMALITER; Sed in ſcripturis eſt, NB. ut in medio ſeu organo, qvia dant ſcientiam ſalutis & NB. MONSTRANT viam vitæ in Chriſto. Judæi exiſtimant, ſcripturam ſibi vitam æternam afferre, ſi eam vel in chartis tantum repoſitam habeant, geſtent, aſpectent, & de collo ſuſpendant.* ib. *Neqve vitam ſcriptura affert, NB. ſi à GENUINO ejus SENSU ABERREMUS.* ib. *Sine Chriſto Scriptura non eſt Spiritus vivificans, ſed NB. litera mortua, imo occidens.* ib. *Finis Scripturæ Sacræ eſt, ut ad Chriſtum FIDE veniamus in vera pœnitentia, qvi ita non venit ad Chriſtum, non eſt idoneus Scripturæ lector.* ib. *illi omnes, qvi per FIDEM ad Chriſtum non veniunt, licet ſcripturam non tantum legant, ſed & ſcrutentur: tamen vitam non habebunt.* Optime qvoqve Auguſt. de ſpir. & lit. *c.* 25. litera prohibens peccatum, non vivificat hominē, ſed potius occidit, augendo concupiſcentiam & iniqvitatem prævaricatione cumulando, niſi liberet gratia per legem NB. FIDEI, qvæ in Chriſto Jeſu, cum diffun-

ditur caritas in cordibus noſtris per Spiritum Sanctum, Rom. 5:5. c. 7:6. ut ſerviamus in *novitate Spiritus* & non in vetuſtate carnis. §. 26. Apparet igitur, literæ vetuſtatem, ſi deſit novitas Spiritus, reos facere potius cognitione peccati, qvam liberare à peccato. Auguſt. de Spiritu & liter. c. 19. Nemo Chriſtianorum aberret ab hac fide, qvæ ſola Chriſtiana eſt; neq; qvisqvam, cum verecundatus fuerit dicere, per nos ipſos fieri nos juſtos, non hoc in nobis operante gratia DEI, qvia videt hoc à fidelibus & piis ferri non poſſe; cum dicitur, ad hoc ſe convertat, ut dicat, ideo ſine operatione gratiæ DEI nos juſtos eſſe non poſſe, qvia *legem* dedit, qvia DOCTRINAM inſtituit, qvia bona præcepta mandavit. Illa enim ſine adjuvante *ſpiritu* procul dubio eſt *litera occidens*: cum vero adeſt *vivificans Spiritus*, hoc ipſum *intus conſcriptum facit diligi, qvod foris ſcriptum lex faciebat timeri.* Idem Tom. 2. p. 609. d. 614. b. *DEUS voluntatem præparat, non tantummodo legem & DOCTRINAM libero hominis adhibendo arbitrio, ſed ſic agit ſenſum, ut legi & doctrinæ accommodet aſſenſum.*

Novi

Novi Pelagiani noſtri erroribus craſſiſſimis veteres Pelagianos longiſſimè ſuperant. Nam Pſeudorthodoxi noſtri *Legem* Moſis ſtrictè dictam pro *gratia* Jeſu Chriſti ſtrictè dicta ſubſtituunt. Clarè hoc aſſerit Bücherus Menſ. XI. p. 456. ubi inter alia adducit dictum Apoc. III. 20. *Ecce conſtiti ad januam & pulſo.* Hunc pulſum malleo *Legis* factum Bucherus habet pro *gratia* præveniente ſtrictè dicta & gratiam hanc Evangelicam vocat impiis *aſſiſtentem.* Hoc modo reverà Legem pro gratia Evangelica habet. Probo hoc & verbis Spiritus S. & teſtimonio orthodoxæ Eccleſiæ. Spiritus S. Apoc. III. 15. ſq. ſcribit de *Angelo Laodicenſium* (i. e. de temporis noſtri Pſeudorthodoxis): *Novi opera tua, qvod neqve frigidus* (aperte hæreticus in heterodoxa Eccleſia) *neqve fervidus* (verè orthodoxus, fidelis & pius.) *Utinam frigidus* (hæreticus) *eſſes*, aut fervidus (Orthodoxus.) *Sic qvia tepidus* (Pſeudorthodoxus es, notitiam crepans ſine fide, fidem ſine charitate) *exputurus ſum te ex ore meo. Qvia dicis; qvia dives ſum, & ditatus ſum* (notitiam habeo Theologicam, illuminatus ſum) *& nullius*

opus habeam. Cum non ſcias, qvod tu ſis miſer & miſerabilis, & egenus, & NB. COECUS, & nudus (ergo non illuminatus per gratiam prævenientem & aſſiſtentem, qvomodo lux coeco aſſiſtit, ita ut cœcus videat aſſiſtente tantum luce? Ergo non fuit illuminatus, ſed cœcus & ſine gratia aſſiſtente.) *Conſulo tibi, ut emas à me aurum igne purificatum ex igne, ut diteſcas: & veſtimenta alba, ut induaris* (vera orthodoxia) *& non manifeſtetur pudendum* (Pſeudorthodoxia) *nuditatis tuæ: NB. COLLYRIO inunge oculos tuos, ut videas.* (ergo cœcus fuit, non illuminatus per gratiam aſſiſtentem, cœcus enim ſole aſſiſtente non opus habet, ut videat, ſed collyrio, regeneratione, creatione novi cordis, accenſione fidei, creatione novorum oculorum opus habet irregenitus, & non tantum auxilio, adjutorio externè aſſiſtente, ſed gratia internè regenerante. Contritione, fide, confeſſione & lacrymis opus habet, qvo oculi interiores mundentur, ut videre poſſint.) *Ego qvoscunqve amo, redarguo & caſtigo: qvare Zelum exerce, & age pœnitentiam.* (Ergo pœnitentia & contritione ex LEGE opus habuit Pſeudorthodoxus

Lao-

Laodicenſis.) *Ecce, conſtiti ad januam, & pulſo* (malleo LEGIS, ut peccata tua agnoſcas; ἐλέγχω verbis, & παιδεύω verberibus, μετανόησον age pœnitentiam.

Hunc pulſum ad januam malleo LEGIS factum, Schelw. & Buch. l. c. pro GRATIA Evangelii præveniente venditant. Qvo ipſo & impudentia & errore Pelagiũ vincunt. Qvemadmodum enim clare demonſtratum, hic de LEGE agi, ita Orthodoxæ Eccleſiæ teſtimonio idipſum confirmatur. Nam Gerhardus L. L. de libero arbitrio c. 6. §. 101. p. m. 433. ad verba Apoc. III. 20. ſcribit: *Docemur* miniſterio NB. NB. LEGIS *velut malleo qvodã corda noſtra pulſari, noſtrum igitur eſſe, aures noſtras non obturare, neqve corda indurare, ſed pulſantis vocem audire, fores cordis aperire, & ingredientem promptè recipere, id qvod non noſtra ſed DEI virtute poſſumus.* Ergo pulſus hic LEGIS eſt, non gratiæ Evangelicæ, qvam legem qvia Bucherus gratiam Evangelii vocat, Pelagianiſmus ejus hac luce clarior eſt. Qvando conſcientia peccatoris monita *Legis* admittit, & non induratur, ſed *audit vocem* verbi & *aperit januam*, gratia regenerat, fidem

accendit & intrinſecus hominem convertit. Malè Pelagiani aſſiſtentem gratiam hic intelligunt, judice Gerhardo, qvi loco citato ſcribit: *Qvando DEUS per oſtium cordis noſtri per verbum, præſertim NB. per conciones LEGIS pulſat, adeſt ſimul gratia Spiritus S. qvi in corde noſtro converſionem vult operari, ergo in illa pulſatione non tantum* (Lege) *forinſecus aſtat, ſed etiam NB. INTERIUS agit* (gratia Evangelica ſtrictè dicta, qvam B. cum Lege confundit.) Res ſalva & facilis eſt: DEUS tam externè per legem pulſat (qvam legem Pſeudo-Prophetæ malè aſſiſtentem & prævenientem gratiã vocant) qvam internè per gratiã Evangelii fidem accendit, regenerat, juſtificat atq; ſanctificat. Intrat Chriſtus, ubi ſpiritum ſuum reddit. Conviviũ eſt gaudium Chriſti ob converſionem, & converſi ob Chriſtum inhabitantem.

Eadem ratione Bucherus aliis qvoqve dictis, Pelagiano more expoſitis, Naturaliſmum prodidit, qvando vel naturam pro gratia ſubſtituit, vel dicta adduxit, qvæ de *augmento fidei* agunt, & ea tamen de gratia Pelagiana i. e. de *natura* ante fidei accenſionem expoſuit. Augmentum

tum fidei nemo orthodoxorum negavit, ſed exinde colligere, qvod dentur gradus gratiæ aſſiſtentis, prævenientis, præparantis & operantis, imo & cooperantis in impiis beſtiis, ita ut ſint illuminatiſſimæ in intellectu & peſſimæ in voluntate, item, fidem demum accendi poſt bonitatem moralem antecedentem, per gratiam perficientem, propter merita, nimis Pelagianum, Pontificium & Pſeudorthodoxum eſt.

Evangelium mutant in Legem Pſeudorthodoxi, dum *doctrinam externam* pro *gratia* ſtrictè dicta ſubſtituunt. Pelagio gratia eſt doctrina JESU CHRISTI, tanqvã novi doctoris & legislatoris, qvi plura docuit, qvam Moyſes & lex naturæ. Pelag. in c. 7. Epiſt. ad Rom. ad verba: *Gratia DEI per JESUM CHRISTUM*, ſcribit: *Admirabiliter intulit, dicens: Gratia DEI per JEſum Chriſtum Dominum noſtrum: qvia qvæ Moyſes & naturalis lex non docuit: hæc docuit Dominus noſter JEſus Chriſtus.* Sed præclarè reſpondet Auguſtin. *doctrinam non eſſe gratiam ſtrictè dictam*, ſcribens de ſpir. & lit. c. VI. §. 9. *Lex ſubintravit, ut abundaret delictum; ut eo modo convictus atqve*

confuſus, videret non tantum doctorem ſibi eſſe neceſſarium, verùm etiam adjutorem DEUM &c. ut confugiendo ad opem divinæ miſericordiæ ſanetur.

Gratia Pelagii eſt operatio doctrinæ ſine fide. Vera autē DEI gratia prævenit hominis voluntatem bonā, ad fidem convertendo infidelium corda. Auguſt. Ep. 217. Tom. 2. p. 609. *Vera DEI gratia prævenit hominis voluntatem bonam, nec eam cujusqvam invenit in corde, ſed facit. Si ergò ita præpararet atqve ita operaretur DEUS hominis voluntatem, ut tantummodo legem ſuam atq; DOCTRINAM libero ejus adhiberet arbitrio, nec vocatione illa alta & ſecreta ſic ejus ageret ſenſum, ut eidem Legi atq; doctrinæ accommodaret aſſenſum, proculdubio eam legere vel intelligere legendo vel etiam exponere ac prædicare ſufficeret, nec opus eſſet orare, ut DEUS ad fidem ſuam infidelium corda converteret.* Idem de grat. Chriſt. §. 45. *Pelagius ipſas qvoq; orationes ad nibil aliud adhibendas opinatur, niſi ut nobis doctrina etiam divina revelatione aperiatur, non ut adjuvetur mens hominis, ut id qvod faciendum eſſe didicerit, etiam dilectione & actione perficiat.* Pelagiana Schelw. & Buch. gratia oratione

ne non opus habet, qvia in externa tantum doctrinæ revelatione, non verò in accenſione fidei conſiſtit. Auguſt. Epiſt. 217. Tom. 2. p. 610. Coloſſ. 1. 12. 13. *DEUS eruit &c. qvod tam magnum bonum, ſi per ſuæ doctrinæ prædicationem tantummodo facit, qvid de iis dicemus, qvos de ipſa tenebrarum poteſtate nondum eruit, prædicanda tantum illis eſt doctrina divina, an etiam orandum pro eis, ut de tenebrarum poteſtate divinitus eruantur? Si tantummodo prædicandum eſſe dicis, juſſioni Domini & orationibus Eccleſiæ contradicis. Si autem fateris, pro eis orandum, id utiqve orandum fateris, ut eidem doctrinæ, arbitrio liberato à tenebrarũ poteſtate, conſentiant.*

Qvando Pſeudorthodoxi Legem & doctrinam externam pro gratia ſtrictè dicta ſubſtituunt, ipſam naturam gratiam vocant.

Pelagianus.	Orthodoxus contra Pelagianos.
M. Buch. M. 12. Zug. p. 730. Die Offenbahrung der göttlichẽ Geheimniß ſchaffet / daß der Menſch etwas davon NB. wiſſe/	Auguſt. de grat. Chriſt. c. Pel. §. 8. *Naturalem poſſibilitatem qvod adjuvari DEI gratia cõfitetur,*

wiſſe/ die Erleuchtung aber/ daß er ſie verſtehe. Wenn er ſie auch nicht verſtehet/ (und alſo auch nicht glaubet) ſo iſt doch die Offenbahrung NB. der buchſtäblichen Warheit nicht ein Werck NB. der Natur/ ſondern des H. Geiſtes/ ita ut *notitia infidelium literalis ſit ex ſpeciali gratia Spiritus S.* Buch. de notit. lit. p. 4. n. 12. *notitia enim infidelium literalis eſt ſpiritualis.* M. Buch. M. 12. Add. 2. p. 700. Schelwig. Syn. Q. 5.

tur, non eſt hic apertum vel qvam dicat gratiã, vel qvatenus eã naturam ſentiat adjuvari: ſed ſicut aliis locis, in qvibus evidentius loqvitur, intelligi poteſt, non vult aliud accipi, qvam legem atqve doctrinam, qva naturalis poſſibilitas adjuvetur. Pelagius apud *Auguſtin.* l.c. §. 8. *Gratiam nos non, ut tu putas, in lege tantummodo, ſed & in DEI eſſe adjutorio confitemur.* Ibid. Pelagius dicit: *Adjuvat enim nos DEus, per DOCTRINAM & REVELATIONEM ſuam, dum cordis noſtri OCULOS APERIT, dum nobis, ne præſentibus occupemur, futura demonſtrat; dum diaboli pandit inſidias; dũ nos multiformi & ineffabili dono gratiæ cœleſtis illuminat.* Addit Auguſtin9: *in his omnibus*

bus non receſſit à commendatione LEGIS atq́; DOCTRINÆ, hanc eſſe adjuvantem gratiam, diligenter inculcans ad hoc utiq́;,ut divina præcepta & promiſſa diſcamus. Ib. §. 9. *Hinc itaqve apparet, hanc eum gratiam confiteri, qva demonſtrat & revelat DEUS, qvid agere debeamus; non qvo donat atqve adjuvat ut agamus.*

Evangelicam gratiam mutat Pelagius cum Schelw. & Buch. in præmiorum legalium promiſſionem. ad c. V. Epiſt. ad Roman. ſcribens: *Charitas DEI diffuſa eſt &c. Magnitudo beneficiorum excitat in ſe magnitudinem charitatis. Qvomodo DEUS nos diligat, ex hoc cognoſcimus, qvia non ſolum nobis per filii ſui mortem peccata dimiſit, ſed & Spiritum S. nobis dedit, qvi jam NB. OSTENDAT gloriam FUTURORUM. NB.* non qvi regeneret &c. ſed *doceat* tantum & *oſtendat.* Id. ad verba: *ut qvid enim Chriſtus, cum adhuc infirmi eſſemus*, ſcribit: *ut qvid indebitè pro nobis mortuus eſt, niſi ut MANIFESTARET ſuam caritatem.* Ergò tantum propter *manifeſtationem & doctrinam* mortuus eſt, non propter *regenerationem & novam creationem* noſtram? Ib. ad verba: *pro impiis mortuus eſt*, ſcribit: *Vult*

Vult OSTENDERE: ut ex beneficiorum NB. CONTEMPLATIONE ejus gratiam commendaret: & in mercato delicti, qvantum eum debeamus diligere, demonſtraret: & tanto beneficio & ſancto, an aliqvid præponendum ſit videremus, NB. non vero ut novum cor in nobis crearet? Reſpondet igitur Aug. de gratia Chriſti c. Pel. §. 3. *Gratiam DEI & adjutorium*, qvo adjuvamur ad non peccandum, aut in *natura* & libero ponit arbitrio, aut in *lege atq; NB. doctrina*: ut videlicet, cum adjuvat DEUS hominem, ut declinet à malo & faciat bonum, *revelando* & *oſtendendo* qvid fieri debeat, adjuvare credatur: non etiam cooperando & *dilectionem inſpirando*, ut id qvod faciendum eſſe cognoverit *faciat*. Id. Auguſt. T. 2. p. 475. Epiſt. 177. Propria Chriſtianorum gratia non eſt natura, ſed qva ſalvatur natura; qvæ naturam non auribus ſonante doctrinâ vel aliqvo adjumento viſibili fovet, ſicut plantator qvodammodo & irrigator extrinſecus; ſed *ſubminiſtratione Spiritus*, & *occulta miſericordia*, ſicut facit ille, qvi dat incrementum DEUS. Vera gratia eſt, non qva homines creati ſumus, ſed qva NB. *in novam creatu-*

turam adoptati. Auguſt. de geſt. Pel. c. X. §. 2. Tom. X. p. 137. Gratia DEI *interna* eſt, ex regeneratione. Unde Auguſtinus de gratia Chriſti §. 28. *Legant & intelligant, intueantur atqve fateantur, non lege atqve doctrina inſonante forinſecus, ſed interna ac occulta, mirabili ac ineffabili poteſtate operari DEUM in cordibus hominum, non ſolum veras revelationes, ſed bonas etiam voluntates.*

Præter doctrinam omnino vis efficax divina ad converſionẽ reqviritur. Calov. Armin. p. 369. ſeqq. *Nimis certè manifeſtum eſt è Scripturis, reqviri NB. præter ſvaſiones, adhortationes, promisſiones, vim efficacem divinam ad converſionem; qvæ verò non eſt extra verbum DEI qværenda, qvum ipſum verbum ſit potentia DEI ad ſalutem, Rom. I. 16. Spiritus & vita, & verbum vitæ, Joh. 6. 65. 68. nec niſi per verbum Spiritus Sancti nos regeneret ac convertat. 1. Petr. I. 23. Jac. I. 18. &c. Ipſe Chriſtus, etſi eminentisſimo modo doceret, hortaretur comminationibus, & pollicitationibus excitaret, miraculis etiam maximis doctrinam ſuam corroboraret, reqviſivit ſupra hæc omnia tractum DEI patris. Joh. 6. 44. Non ergò tractus ille in ſvaſionibus, minis,*

pro-

promiſsiſq; conſiſtebat, ſed efficax fuit DEI operatio in cordibus auditorum. Chriſtus ſupra miracula & doctrinam reqviſivit tractum DEI patris v. Calov. Armin. p. 307.

Gratia novam voluntatem operatur & cor novum, non tantum adjuvat poſſibilitatem naturæ, ut Bucherus cum Pelagio errat, contra qvos ſcribit Auguſt. de grat. Chriſti c. 14. p. 159. *Qvando DEUS docet, non per legis literam, ſed per Spiritus gratiam, ita docet, ut qvod qvisqve didicerit, non tantum cognoſcendo videat, ſed etiam volendo appetat, agendoq; perficiat.* Et iſto divino docendi modo etiam ipſa voluntas & ipſa operatio, non ſola volendi & operandi naturalis poſſibilitas adjuvatur. Ibid. *Omnis, qvi didicit à Patre, non ſolum poteſt venire, ſed venit: ubi jam & poſſibilitatis profectus & voluntatis affectus & actionis effectus eſt.*

Doctrina ſine gratia auditores & lectores facit deteriores, Auguſt. Epiſt. 217. T. 2. p. 611. Gal. 3. 21. *Si data eſſet lex, quæ poſſet vivificare, omnino eſſet ex lege juſtitia. Opus eſt hoc gratiæ, qvam qvi accipiunt, doctrinæ ſalutari Scripturarum ſanctarum etſi fuerint inimici, fiunt amici; non opus ejusdem doctri-*

doctrinæ, qvam qvi audiunt & legunt ſine gratia DEI, pejores ejus efficiuntur inimici. ibid. §. 12. *Non ergo gratiam dicamus eſſe DOCTRINAM, ſed agnoſcamus gratiam, qvæ facit PRODESSE DOCTRINAM: qvæ gratia ſi deſit, videmus etiam obeſſe doctrinam.* ibid. impii doctrinam malo ſuo audiunt, ſi non *credunt.* Idem Aug. Tom. X. p. 5. c. præter hanc imitationem juſtificationemq́ noſtram, etiam *intrinſecus* operatur, illo opere de qvo idem prædicator ejus dicit 1. Cor. 3. 7. *neqve qvi plantat eſt aliqvid, neqve qvi rigat, ſed qvi incrementum dat DEUS. Hac enim gratia baptizatos qvoqve parvulos ſuo inſerit corpori, qvi certè imitari aliqvem nondum valent. Sicut ergo ille, in qvo omnes vivificantur, præter qvod ſe ad juſtitiam exemplum imitantibus præbuit, dat etiam ſui ſpiritus occultisſimam fidelibus gratiam, qvam latenter infundit & parvulis.*

Qvid eſt illa gratia doctrinæ adjuncta, & ab ea nec ſeparanda, nec ei opponenda? Eſtne medium ἀνώνυμον ut Anonymi Calumniatores clamitant? Eſtne modus aliqvis ἄμεσος acqvirendæ ſalutis? ut iidẽ ſatis abſurdè calumniantur? Hoc ipſo enim

enim calumnia calumniæ contradicit. Nam ſi eſt medium, non poteſt eſſe modus ἄμεσος. Sed reſpondet Auguſt. de grat. Chr. §. 38. *Gratia eſt adjutorium benè agendi, adjunctum naturæ atq; doctrinæ per inſpirationem flagrantisſimæ & luminoſisſimæ caritatis. Inſpiratio dilectionis, ut cognita ſancto amore faciamus, propriè gratia eſt.* Auguſtinus Tom. 10. p. 312. c. duas Epiſt. Pel. l. 4. Idem Tom. 10. p. 76. *anima per fidem confugiat ad miſericordiam DEI, ut det qvod jubet, atq; inſpirata gratiæ ſvavitate per Spiritum Sanctum faciat plus delectare qvod præcipit, qvam delectat qvod impedit. Ita multa multitudo dulcedinis ejus, hoc eſt, lex fidei, caritas ejus, conſcripta in cordibus atq; diffuſa, perficitur ſperantibus in eum, ut anima ſanata non timore pœnæ, ſed amore juſtitiæ operetur bonum.*

Error XII. Schelvv. & Buch.
Qvod notitia impiorum ſine fide, ſit illuminatio Spiritualis, Salutaris, ac gratia Spiritus Sancti ſtrictè dicta.

Non ſine gaudio legimus nuper vocẽ, Theologo orthodoxo digniſſimam in Un-

unſchuldigen Nachrichten p. 346. *Scimus, Eccleſiam noſtram, ac genuinos ejus Profeſſores, nec docuiſſe unqvam, nec nunc docere, qvod illuminatio ſalutaris cadat in irregenitũ.* Nec minimam ſpem concepim₉ ex verbis Dn. M. Bucheri, tandem aliqvando ſcribentis im b. Gew. p. 9 bey den Apoſtel Johanne heiſt durchgehends GOTT und Chriſtum NB. erkennen / ſo viel als NB. gläuben. Conſonant hæc confeſſioni Bucherianæ ſupra allegatæ, qvod bon■ cogitationes & primi motus boni in homine ſint *initium fidei* & gratiæ conſeqventis primi igniculi, judice Dorſchæo. Hæc ſi ſincera & conſtans ejus eſſet ſententia, facile ab hæretico errore liberari poſſet per gratiam DEI. Nam hoc modo orthodoxe cum Sebaſt. Schmidio doceret: *Fides intellectum hominis illuminat, & intelligere facit, qvod intelligere & aſſeqvi ſine ea non poteſt. Hoc eſt, qvod Apoſtolus dicit, FIDE INTELLIGIMUS, Ebr. XI. 3. Qvando namqve dicit, qvod fide intelligam₉, oſtendit qvod SINE FIDE NON INTELLIGEREMUS. Qvando autem intellectus incipit intelligere, qvod prius non intellexerat, certè ILLUMINARI oportet ab eo, per quod in-*

 tel-

telligit. Comment. in Ebr. XI. 3. p. 1272. Exindè clarum eſt, irregenitos non eſſe illuminatos, infideles non cognoſcere DEUM & res divinas ſpiritualiter, adeoqve non habere Theologiam ſpiritualiter veram, nec veri nominis orthodoxiam. Hæc omnia luce meridiana clariora & qvidem teſtimonio adverſarii roborata fortiſſimo. Sed proh dolor! Viro docto ſupra allegato, putanti neminem docere, qvod illuminatio ſalutaris cadat in irregenitos, clarè nimis ipſa experientia contradicit. Scribit enim Theologus non infimi nominis in ſcripto noto Theſ. 18. *irregenitus habet ſenſum ſalutarem inchoativè, non tantum in actu primo, ſed & ſecundo & facto ipſo.* ib. *Irregenitus habet ſenſum Scripturæ ſalutarem cum applicatione conjunctum.* Illuminationem igitur cum Schelw. & Buchero irregenitis tribuit, & qvidem qvoad *ſenſum ſalutarem.* Bucherus veritate convictus victas qvidem dat manus, concedendo: *cognoſcere DEUM,* apud Johannem ſemper idem eſſe ac *credere*, adeoqve infideles DEUM non cognoſcere, nec illuminatos eſſe; Attamen ſuperbia hominis prohibuit, qvominus hactenus

ctenus DEO illum exhiberet honorem, & errores ſuos conceptis verbis revocaret. Vertumnum potiùs agit, & ſibi & Apoſtolo contradicit:

Apoſtolus.	Bücher.
1. Cor. 2. 15. *Animalis homo non percipit ea, quæ Spiritus DEI: ſtultitia enim illi ſunt, & non poteſt cognoſcere, quia ſpiritualiter dijudicantur.*	M. Bücher 2. Zug. Menſ. 12. p. 730. Ein Unbekehrter kan auch faſſen und vernehmen was des Geiſtes Gottes iſt.

Conſentit Bücher Socinianis. Schmalz. contr. Frantz. p. 2. *falſum eſſe*, ait, *hominem divina capere non poſſe*, & p. 417. aſſerit: *humanam voluntatem vim habere efficiendæ juſtitiæ DEI, ſi modò revelatio accedat Spiritus Sancti.* Apud Calov. p. 259. Socin. profl. cum tamen opus ſit, ut ſpiritus Sanctus cor aperiat, Act. 16. 4. & intus corda noſtra doceat, Joh. 14. 26. c. 16. 8. 13. Joh. 1. 27. Præclarè Calov. p. 277. in Arminianis errorem hunc refutavit, ſcribens: *Homo ante NB regenerationem & converſionem NB. non poteſt intelligere ea, quæ ſunt Spiritus DEI. 1. Cor. 2. & non poteſt ſeſe ſubjicere legi*

L 2 Rom.

Rom. 8. 7. nec quicquam boni cogitare, nedum præſtare valet. 2. Cor. 3. 5. nec magis ad converſionem ſeſe diſponere, ac præparare poteſt, quam cæcus ad viſus reſtitutionem, ſurdus ad auditus recuperationem, imo mortuus ad ſui vivificationem. &c.

Conſentit Buch. Pelagianis docentib9, qvod homo naturalis ille tantum ſit, qvi doctrinam Sacræ Scripturæ non habet; Spiritualis autem, qvi eam habet, teſte Auguſt. Epiſt. 217. Tom. 2. p: 609. *Hic tu* (Pelag.) *fortaſſe dicturus es, hoc fieri à Domino, dum doctrina ejus legitur vel auditur, ſi homo veritati, quam legit vel audit ſua conſentiat voluntate. Si enim NB. lateret eum, inqvis NB. DOCTRINA DEI, non dirigerentur greſſus ejus, qvibus directis vellet viam DEI.* Hæc eſt gratia Sociniana, qvod nonrenatus accedente ſolum divina revelatione, res ſpirituales capere poſſit. Calov. in Socinian. profl. p. 256. *Sociniani hominem non renatum, accedente divina revelatione in Spiritualibus ea facere poſſe, qvæ ad aſſenſum verbi divini internum, converſionem ad DEUM, agnitionem & fidem ſpectant, affirmant.* Uti videre eſt apud Smalzium contra Frantz. p. 419. *Grabiter*

ter hallucinatur vel ſe ipſum intricat Frantzius, dum ait th. 16. Hominem non renatum nihil poſſe in Spiritualibus, nempe in interno aſſenſu in verbum divinum, in converſione ad DEUM, agnitione Chriſti & fide in illum. Hoc enim eatenus tantum verum eſt, qvatenus NB. homo non renatus de iſtis rebus non cogitare poteſt, nedum ea facere, qvamdiu à DEO non illuſtratur patefactione voluntatis illius: Qvamprimum autem divina accedit revelatio jam ita homo qvi antea erat non renatus, poteſt iſta omnia facere, ut alia opera, qvæ ante iſtam revelationem faciebat, externa. Objicit qvidem Bucherus: Socinianos tantum *illuſtrationem* non *illuminationem* intelligere, ſed fruſtra. Clare enim illuminationem intelligunt. Oſterodus Rel. Chriſt. p. 281. apud Calov. Socin. Profliq. p. 259. *Oſterodus agnoſcit neceſſe eſſe ut mens humana NB. ILLUMINETUR, qvo inde voluntatem DEI cognoſcere poſſit.* Refutatur hic error à Calov. in Socinian. proflig p. 89. *Homo NB. non renatus omni plane poteſtate in ſpiritualibus deſtitutus eſt. Pſ. 14: 1. Pſ. 53: 3. 4. Rom. 3: 11. 12. 18. 23. Homo non renatus deſtituitur luce ſpirituali, ut de ſpiritualibus rebus abſq; Spiritus Sancti gra-*

 tia

tia nihil poſſit ſalutariter intelligere, ut ut IPSI EXTERNE REVELETUR *ac proponatur, cum intellectum habeat obtenebratum Eph.4. 18. cor obſcuratum, Rom. 1. 21. &c. ib. p. 90. Exempla proſtant in Scripturis eorum, qvi Scripturas qvidem legerunt, ac audierunt, Senſum vero earundem ſalutarem non habuerunt, ideo qvod deſtituti fuerint gratioſa illuminatione Spiritus Sancti vel eidem repagulum poſuerint, utpote (1) Phariſæorum ac ſcribarum, Matth. 23. 2. Joh. 12. 19. Act. 13. 45. Rom. 2. 19. 1. Tim. 1. 7. qvi cæci & cæcorum duces dicuntur. Matth. 15. 15. c. 13. 5. qvod oracula divina NB. ſpiritualiter haud intellexerint, qvibus Evangelium opertum fuit, vel velamen cordi impoſitum ob cæcitatem propriam. 2. Cor. 3. 14. (2) Auditorum Chriſti Matth. 13. 11. (3) diſcipulorum Chriſti Luc. 18. 31. c. 24. 32.*

Pſeudorthodoxus.	Oſtorodus.
Schelwig. Syn. Art. 1. Qv. 6. n. 5. DEUS *contemptores doctrinæ ſuæ reprehendit &* NB. PUNIT *2. Paral. 36. 15. 16. Prov. 1. 24. Ergo niſi*	D. Feuerborn in Antioſtorodo p. 21. §. XVI. diſp. 11. *oggerit Oſtorodus p. 12. ſi homo non poſſet res divinas revelatas intelligere*

niſi contemnant à DEO *docentur.*	*ligere, tum ideò à* DEO *utpote juſto non* PU-

NIRETUR, qvod illas non comprehenderet. At ideò PUNITUR. E. Reſp. Connexio propoſitionis eſt fallax. Sicut enim non licet colligere: Si homo in peccatum prolapſus, neqvit decalogum perfecte implere. E. injuſte propter violationem decalogi punitur: ita nec fas eſt inferre, Si homo lapſus ex ſuis viribus naturalib, neqvit res divinas, in S. literis ad vitam æternam aſſeqvendam propoſitas, ſalutariter intelligere. E. propter illam non intellectionem injuſtè plectitur; qvia DEUS ceu juſtus judex, punit hominem ob amiſſionem imaginis divinæ, ad qvam primitus eſt conditus, & ob pravitatem, in qvam prolapſus eſt, uti ſuo loco evincam. Sic pecunia, qvæ homini alicui mutuo eſt data, qvi poſtea eam dilapidavit, juſte ab illo repoſcitur, etſi eam ſolvere neqveat, proindeq; & DEUS homini diviti aſſimilatus, à ſuorum bonorum diſſipatoribus juſtè exigit rationem. Luc. 16. 1. ſeqq.

Demonſtravimus in Exegeſi 1. Epiſto-

læ ad Timotheum: notitiam ſine fide eſſe *γνῶσιν ψευδώνυμον* falſo nominatam ſcientiam i. e. Pſeudorthodoxiam; hanc autem Pelagianam gratiam pro vera, ſupernaturali, viva, ſpirituali, ſpeciali & verè orthodoxa gratia ac illuminatione ſubſtituere, Schelw. & Buch. Pſeudorthodoxè laborant.

Pſeudorthodoxus.	Orthodoxus.
M. Büſcher M. *12.* Zug 2. p. 730. Die Gottloſen ſind erleuchtet / und haben den Heil. Geiſt dadurch / daß ſie das Wort wiſſen und verſtehen.	Danh. Hodoſ. Phæn. 1. p. 55. *Evangelii lumen non illuceſcit iis, qvi pereunt, an qvia lumen caliginoſum, hoc eſt, σιδηρόξυλον? non ſanè, ſed NB. qvia*

velatum eſt, qvia velum illi oppoſitum, & qvia ſenſus ſuos à Satana excœcari ſuſtinuerunt, ideò perituri. Infideles & impii *tenebræ*, v. Auguſt. Tom. 4. p. 122. a. per fidem converſi ad DEUM *lux* fiunt. Idem Tom 2. p. 335. f. *Impia mens odit etiam ipſum intellectum, ne cogatur qvod intellexerit facere.* Id. T. 5. 522. a. *Intelligentiæ ſpiritualis lucem immunda corda non portant.* Idem Tom. 6. p. 296. d.

Con-

Concedimus, qvod Spiritus Sanctus verbi auctor efficaciam illuminantem in verbo ſuo offerat, ſed exinde non ſeqvitur, qvod impius qvi Spiritui Sancto pertinaciter reſiſtit, illuminetur ex verbo, ut illud verè intelligat. Rationem optimè reddit Danh. in Hodoſoph. p. 50. 51. *Sacræ Scripturæ claritas ordinata eſt, ſi divinus obſervetur ordo; qvo neglecto, vitium eſt non in luce, ſed in oculo. Unde & fit, ad clariſſimam lucem ut cæcutiant, qvi præter & contra voluntatem DEI tractant ejus verbum. Matth. 11. 25. 27. 2. Cor. 4. 3. Ingens hic differentia eſt inter principia rationis & revelationis: illa inveniunt lumen in intellectu, igitur cum evidenter ſunt propoſita, ſtatim apprehenduntur: hæc demum lucem pariunt in mente, qvibus ſi obex aut velamen objiciatur,* NB. *NON ILLUMINANT: Job. 7. 17. Si qvis voluerit voluntati Domini obtemperare, cognoſcet de doctrina ejus. Exigit autem voluntas divina* (1) lucis juſtam applicationem *Matth. V. 15. ne ſub modio lateat,* (2) oculum Spiritualem & illuminatum jubare cœleſti NB. *precibus impetrando, Pſ. 119. 18. 24. 34. 135. 1. Cor. 2. 7. Eph. 1. 18. Jac. 1. 5.* Pium, *Pſ. 50. 16. Matth. 5. 8. Sap. 1. 4. Sir. 1, 16.*

ſimplicem minimeqve occupatum, docilem *2. Petr. 3. v. ult.* erercitatum, *Ebr. V. 14.* ſcrutatorem urinatoria ſagacitate, *juxta interpretandi media.* Infidelis igitur & impius non eſt illuminatus, qvia auditis divinis teſtimoniis non commovetur ad fidem. Qvare Auguſt. in Pſ. 87. p. 701. 702. Tom. 4. Infideles ſignificantur nomine *tenebrarum* Pſ. 87. 13. Eph. 5. 8. ib. Cur ergò impii in me ſæviunt, niſi qvia mortuis non facies mirabilia? id eſt, non eis commoventur NB. *ad fidem*, nec medici eos exſuſcitabunt, ut confiteantur Tibi, in qvibus occulta gratia tua non operatur, qva trahantur NB. *ut credant:* qvia nemo venit ad me, niſi qvem tu adtraxeris. Nam qvis enarrabit in ſepulchro miſericordiam tuam, ideſt, NB. animæ mortuæ, cujus mors jacet (latet) ſub corporis pondere? & veritatem tuam in perditione, hoc eſt, in tali morte nihil (bonum) horum valenti NB. *credere* atqve ſentire? Numqvid enim in tenebris hujus mortis, hoc eſt in homine NB. qvi Te obliviſcendo vitæ lumen amiſit, tua mirabilia & juſtitia *cognoſcentur?*

Apo-

Apoſtolus.	M. Büch. Zug.
1. Cor. 8. 1. *Scimus, quod omnes cognitionẽ habeamus. Scientia inflat: charitas autem ædificat.* Apoſtolus ib. v. 2. *Si verò quis videtur ſibi ſcire aliqvid, nondũ qvicqvam ſcit, ſicut decet cognoſcere. Sed ſi qvis amat* DEUM, *hic cognitus eſt ab ipſo.*	Menſ. 12. p. 705. Das Wiſſen bläſet nicht auf. Pelag. Com. in c. 8. Ep. 1. ad Cor. *Illa ſcientia qvæ ex ſenſu proprio & humano* (ſine Scriptura S.) *deſcendit, inflat: eos, qvi præter eam divinam* (literalem ex S. Scriptura) *non habuerint, inflat.* Schel-

wig. Syn. art. 1. Q. X. *homo animalis eſt, qvi non niſi ratione utitur &c.* M. Buch. l. c. Die liebloſen falſchen Lehrer hatten doch eine wahre lebendige Erkäntniß. Vera ac viva notitia in impiis eſt. &c.

Apoſtolus dicit: *Nihil ſcit omnino, ſicut decet cognoſcere* cognitione ſpirituali, viva ſupernaturali, ac ſalutari. Bucherus verò, reſiſtens ſpiritui ſancto oggerit: *Omninò multa ſcit impius, ſicut decet cognoſcere.* Notitia ſine fide in impiis vera, ſpiritualis & ſupernaturalis eſt &c. Cui igitur credendum? an Buchero, an Spiritui Sancto? Qvi nihil ſcit, ille certè non poteſt abuti

ſci-

ſcientia ſua ſpirituali, qvomodo notitia abuti poteſt, qvam non habet? Præclariſſime Auguſtinus Tom. 2. p 344. n. 81. Matth. 25, 12. *Amen dico vobis: neſcio vos. Ille hoc dicit, qvem non latet aliqvid. Sed neſcio vos, nihil aliud eſt, qvam NESCITIS ME, qvando de vobis potius eligitis confidere, qvam de me. Cum enim dicitur, quod nos cognoſcit DEUS, cognitionem ſui nobis præſtat, ut per hoc intelligamus, ne hoc qvidem nobis eſſe tribuendum, qvod nos ſcimus DEUM ſed eam qvoqve ſcientiam illius miſericordiæ tribuamus.* Unde cum Apoſtolus Gal 4. 9. diceret: *nunc autem cognoſcentes DEUM, correxit, & ait, imò cogniti à DEO: qvid aliud volens intelligi, niſi qvod eos ipſe fecerit cognitores ſuos? Nemo autem cognoſcit DEUM, niſi qvi intelligit, illum eſſe ſummum atqve incommutabile bonum, cujus participatione fit bonus &c.* ib. pſ. 99. 3. *Ipſe fecit nos, & non ipſi nos.* Hoc non ad eam naturam, qva homines ſumus &c. ſed ad illud potius referendum eſt, qvod eſt Epheſ. 2. 10. *Ipſius ſumus figmentum, creati in Chriſto Jeſu in operibus bonis &c.* Impius non eſt nova creatura in bonis operibus, E. DEUM non cognoſcit ſpiritualiter.

Armi-

Arminiani cum Schelwigio & Buchero docent: irregenitos poſſe S. Scripturam intelligere. Arnoldus contra T. Tilen. p. 441. 464. Epiſcopius de perſpicuitate Script. th. 3. *non poſſe non irregenitum qvemlibet Scripturæ ſenſum percipere.* Conf. exam. Cenſ. c. 1. p. 35. Calov. in Armin. p. 37. reſpondet: *Non hic de opinativa tantū notitia ſoliciti ſumus, vel ſceptica, qvalis plerumqve eſt Arminianorum; ſed de notitia certa, congruente cum mente divina, qvalis ad fidem divinam ſalutiferam reqviritur. Qvem Pelagianum errorem è Socino hauſere &c. At manet Scriptura S. perſpicua, tametſi eam ſine Spiritus S. verum ſenſum cordi cujusqve fidelis imprimentis gratia, cæcus noſter intellectus capere non posſit.* Eſt illa Pelagiana intelligentia veritatis ſine pietate, qvam Schelw. & Buch. cum fratribus ſuis Pſeudorthodoxis docent, de qva Auguſtin. Tom. 2. Epiſt. 188. p. 529. *Si diligentius intendatis, etiam illa, qvæ ibi videtur velut pro gratia ſive adjutorio DEI dicere, ſic invenietis ambigua, ut posſint referri vel ad NATURAM, vel ad DOCTRINAM, vel ad REMISSIONEM peccatorum. Nam & qvod coguntur confiteri, orare nos debere ne intre-*

mus

mus in tentationem, poſſunt ad hoc referre, ut hactenus nos ad id reſpondeant adjuvari, qvatenus orantibus & pulſantibus nobis aperiatur INTELLIGENTIA VERITATIS, *ubi* DISCAMUS, *qvid facere debeamus, non ut vires accipiat voluntas noſtra, qvibus id qvod diſcimus faciamus. Et qvod nobis in gratia vel adjutorio DEI dicunt Dominum Chriſtum bene vivendi propoſitum exemplum, ad eandem* DOCTRINAM *revocant, qvia ſcilicet in ejus exemplo diſcimus, qvemadmodum vivere debeamus: non autem volunt ad hoc nos juvari, ut qvod diſcendo cognoſcimus, etiam* DILIGENDO FACIAMUS. Apud Calov. in Armin. p. 37. Diſtingvunt Remonſtrantes cum Pſeudorth. Schelw. & Buch. inter potentiam *intelligendi* Scripturæ ſenſus, & ſenſibus iſtis *credendi*, obediendi. Et illam tantum, non hanc eſſe (in irregenitis) ajunt: Et ſi qvis nihilominus eos ideo *Pelagianos* eſſe velit, qvod ſcripturæ ſenſus ad ſalutem neceſſarios, à qvolibet homine ſano, tantùm judicio prædito intelligi poſſe ſtatuant, explicari petunt, qvomodo *Scripturæ S.* contra Pontificios aſſeratur *perſpicuitas: qvomodo infidelitatis argui poſſint reprobi, & qvomodo illa explicanda*

ſint

ſint Luc. XII. 42. 1.Cor. XIII. 1. 2.Petr.II,21. Jac. IV. 17. *quod fieri poſſit, ut, qui vera fide & obedientia præditi non ſint, divina tamen voluntate & vera Chriſti cognitione præditi ſint.* Idem objicit Schelw. Synopſ. Art.1. Q. VI. ſed neſciunt diſtingvere inter *fidem humanam & divinam*, illa in impios, hæc in regenitos cadit. Auguſt. Tom.X.p,312. contra 2. Epiſt. Pel. l.4. Nunqvam iſti inimici gratiæ ad eandem gratiam vehementius oppugnandam occultiores moliuntur inſidias, qvam ubi legem laudant, qvæ ſine dubitatione laudanda eſt. *Legem* qvippe *diverſis locutionum modis & varietate verborum* in omnibus diſputationibus ſuis volunt intelligi *gratiam*, ut ſcilicet à Domino DEO *adjutorium cognitionis* habeamus, qvo ea, qvæ facienda ſint *noverimus*. NB. *Non inſpirationem dilectionis, ut cognita ſancto amore faciamus, qvæ propriè gratia eſt.* Nam *ſcientia legis ſine caritate inflat, non ædificat.* 1.Cor. 8.1. Qvæ ſententia ſimilis eſt ei, qva dictum eſt, *litera occidit, ſpiritus vivificat.* Qvale eſt enim, *ſcientia inflat*, tale eſt *litera occidit*: & qvale eſt *caritas ædificat; tale eſt ſpiritus vivificat, quia charitas DEI diffuſa eſt in cordibus*

no-

noſtris per Spiritum Sanctum, qvi datus eſt nobis. E. gratia Pelagiana eſt *notitia doctrinæ* in genere ſine charitate, ſive notitia Legis ſtrictè dicta, ſive notitia hiſtorica Evangelii.

Fanaticus.

M. Buch. 2. Zug. Menſ. 12. p. 692. Es ſpiegelt ſich eben dz. Licht des göttlichen Wortes und kein anders in den Augen des Verſtändniſſes eines Gottloſen/ das den Bekehrten ins Hertz leuchtet/ und iſt NB. zuweilen (en ſcepticum!) hier kein Unterſcheid. *Gradus & valor moralis rem ipſam & qva veritatem* NB. *Metaphyſicam non variant.* Pelagius in c. 4. Epiſt. 2. ad Corinth. *in perſona Chri-*

Orthodoxus.

Paulus 2. Cor. 4. 4. Der GOtt dieſer Welt hat der NB. Ungläubigen Sinn verblendet/ daß ſie nicht ſehen das helle Licht des Evangelii von der Klarheit Chriſti ꝛc. 2. Cor. 3. 14. ſeqq. Ihre Sinne ſind verſtockt. Denn biß auf den heutigen Tag bleibet die Decke unauffgedeckt über den alten Teſtament/ NB. wenn ſie es leſen/ welche in Chriſto auffhöret. Aber biß auf den heutigẽ Tag/ wenn Moſes geleſen wird

Chriſti nos homines ſcientia illuminamur. wird / hänget die Decke für ihrem Hertzen. NB. Wenn es aber ſich bekehrete zu dem HErren / ſo würde die Decke abgethan v. 18. Nun aber ſchauen wir alle die Klarheit des HErren wie in einem Spiegel / mit auffgedecktem Angeſicht ꝛc. Paulus 2.Cor. 4. 5. agit de illuminatione fidelium, qvam Bücherus transfert ad impios & infideles. *Qvæ verò communio luci cum tenebris? qvæ concordia Chriſto ad Belialem? aut qvæ pars NB. fideli cum NB. infideli?* Auguſt. de Spirit. & lit. §. 31. 2.Cor. 4. 5. *DEUS qvi dixit de tenebris lumen clareſcere, claruit in NB. cordibus noſtris, ad illuminationem ſcientiæ gloriæ ejus in faciem Chriſti Jeſu. Hæc eſt ſcientia gloriæ ejus, qva ſcimus ipſum eſſe lumen, qvo tenebræ noſtræ illuminantur.* Idem de Spir. & lit. §. 58. Qvisqvis crediderit, eiq; ſe à peccatis omnibus abſolvendum & ab omnibus vitiis ſanandum, & calore ac lumine ejus accendendum illuminandumqve commiſerit, habebit ex ejus gratia opera bona &c. *Impii converſi ad ſe, tenebræ ſunt, pii converſi ad DEUM, illuminantur.* Auguſt. Tom. 4. in Pſ. 25. p. 85. *Lau-*

dando te bonum ſis malus. Bonum enim te fecerat humilitas, malum te facit ſuperbia. NB. Converſus eras, NB. ut illuminareris, & converſione tua factus es luminoſus, factus illuſtratus converſione. Sed à qvo, numqvid à te? Si ad te converſus poſſes illuminari, nunqvam poſſes tenebrari, qvia tecum ſemper eſſes. Qvare ILLUMINATUS es? Qvia CONVERTISTI te ad aliud qvod tu non eras. Qvid eſt aliud qvod tu non eras? DEUS LUMEN EST. Ibid. *Qvid eſt, fuiſtis aliqvando TENEBRÆ, niſi NB. VETERES HOMINES?*

Orthodoxus.	Gnoſticus.
2.Cor.IV.3.4. *Si eſt abſconditum Evangelium noſtrum, in iis, qvi pereunt, eſt abſconditum. In qvibus DEUS ſeculi hujus NB. excæcavit ſenſus NB. infidelium, NB. ut non ſplendeat illis NB. Illuminatio gloriæ Chriſti, qvi eſt imago DEI.*	M. Bůcher 2. Zugab. M. 12. p. 727. **Hat der Teuffel ihm die Augen geblendet/ ſo kan Er kein wahres Erkåntniß haben.** Ergò vi veritatis victus infelix Bücherus, concedere cogitur, contra volũtatem ſuam malam: *infideles cæcos eſſe*, adeoq; agnitionem & Theologiam ſpiritualiter veram non habere.

Sed

Sed audi vertumnum! Hat der Ungläubige ein buchſtäbliches wahres Erkäntniß / ſo iſt Er in dem / was Er aus der heiligen Schrifft wahres weiß und verſtehet / von dem Teuffel nicht verblendet. Rectè, qvoad literalem notitiam, qvæ naturalis eſt, & cum ſpiſſis mentis tenebris conſiſtere poteſt. Agnoſcat igitur Pelagius redivivus naturam non eſſe gratiam, literalem notitiam non eſſe lumen fidelium Evangelicum. Pergit Bücher: Ja der Teuffel mit allen ſeinen höllischen Finſterniſſen / kan das nicht hindern / daß nicht das göttliche Wort auch in einem verblendeten Hertzen leuchte / wenn es betrachtet wird Apertè Apoſtolo contradicit Bücher, ſi notitiam & illuminationem ſupernaturalem intelligit, ut ſemper more Pelagiano facit.

Apertè ſibi ipſi qvoqve contradicit Gnoſticus, crepans γνῶσιν ψευδώνυμον, notitiam ſine fide. Cœcis viſum negat, vi coactus veritatis, & iterum tribuit, vi malitiæ impulſus, & qvidem ſpiritualem, veramqve illuminationem, contra clara Apoſtoli verba. Modò ait, modò negat. Impius cœcus & ſpiritualiter mortuus

eſt, illuminatum tamen eum vocat Büch. etſi nondum vivificatum & converſum. An mortuus ita illuminari poteſt, ut oculi tantum videant, reliqva membra cum corpore mortua maneant? Sicut is, qvi naturaliter mortuos in vitam reſuſcitat, totum hominum excitat, ita DEUS, qvi ſpiritualiter mortuos vivificat, non monſtra format, ut ſoli oculi videant. &c. ſed totum hominem excitat. Ut enim qvis naturaliter mortuus eſſe & oculis tamen videre neqvit, ità homo ſpiritualiter mortuus illuminatus non eſt, niſi vivificatus & regenitus ſit. *Mors animæ eſt, qvando eam deſerit vita i. e. DEUS. Infidelitas mors eſt*, v. Auguſtin. Tom. 3. P. 2. p. 454. b. c. *Infidelitas inchoat pœnæ meritum.* Id. Tom. 3. P. 2. p. 657. *Infidelitas filios Diaboli facit.* Idem Tom. 10. pag. 296. b. qvos illuminatos vocat Bücherus, qvia & ipſi Diabolo vivam, ſpiritualem & ſupernaturalem rerum ſpiritualium intelligentiam tribuit. De notit. liter. pag. 11. §. 5.

Impii Pſeudorthodoxi. Epiſt. Jud. v. 4. ſeqq.	Beſtia illuminatiſſima Pſeud. M. Büch.

Sub-

ſubingreſſi ſunt qvidam homines, qvi olim præſcripti fuerunt in hoc judicium, impii, qvi Dei noſtri NB. NB. *gratiam transmutant in laſciviam &c. v.5. ſimiles illis, qvi olim non* NB. *crediderunt.* v. 10. *Hi verò qvæ ne qvidem norunt, blasphemant, qvæ vero* NB. *naturaliter, tanqvam irrationalia animalia, norunt, in iis corrumpuntur. v. 11. Væ illis! qvia in via Kaini abiverunt, & in errorem mercedis Balaami effuſi ſunt, &* NB. *contradictione* Kore *perditi ſunt.* v. 19. *animales, ſpiritum non habentes. Hi opponuntur* v. 20 *fidelibus ſanctis.*

M. Büch. Gew. p. 35. NB. Ein gottloſer Lehrer kan NB. ohne wahren Glauben doch ein NB. erleuchteter und von GOtt NB. gelehrter Prediger ſeyn. De *beſtia illuminatiſſima Pſeudorthodoxorum.* vid. Büch. de notit. lit. p. 15. §. 11. n. 1.

Schelw. Synopſ. art. 1.

Q. 9. *Theologia ſine æqvivocatione dicitur, qvomodocunqve ſubjectū cognoſcens ſeſe habeat: ſivè notitia NB. in Caino ſivè in Abele; itemq; ſivè in Paulo, ſivè in Juda*

da Iſcharlothe reperiatur, Conf. Büch. de notit. pag. 8. De *Bileamo, qvod fuerit Orthodoxus Propheta.*

Apoſtolus Judas clarè ſcribit: Pſeudorthodoxos *gratiam transmutare in laſciviam.* Adeoqve literalem ſenſum de gratia habent, alias ad laſciviam eam transferre non poſſent. Hi dicuntur infideles, qvorum *notitia gratiæ literalis*, qvam in laſciviam trahunt, NB. *naturalis* dicitur, non autem ſpiritualis. Hæc Pſeudorthodoxa fraternitas eſt Caini, Balaami, Schelwigii, Bücheri, aliorumqve Socinianorum, qvorum interitus erit ſecundum opera & calumnias eorum.

Notitia impiorum non eſt à Deo, ratione *principii*, & nullus impius eſt à Deo doctus. Qvare Auguſt. de grat. c. Pel. §. 14. *Qvi novit qvidem, qvod fieri debeat, & non facit, NONDUM à DEO DIDICIT ſecundum GRATIAM, ſed ſecundum LEGEM, non ſecundum SPIRITUM, ſed ſecundum LITERAM.* Ib. *Tantùm inter legem diſtat & gratiam, ut cum lex eſſe non dubitetur ex Deo, juſtitia tamen qvæ ex lege eſt, non ſit ex Deo; ſed juſtitia qvæ per gratiam conſummatur, ex Deo.* Eodem modo cum ſacra Scri-

ptura

ptura eſſe non dubitetur ex Deo, notitia tamen qvæ actu cognoſcendi naturali exinde hauritur, non eſt ex Deo. Auguſt. ib. §. 15. Dominus ait: *omnis qvi audivit à patre meo & didicit, venit ad me. Qvi ergò non venerit, non de illo rectè dicitur, audivit qvidem & didicit ſibi eſſe veniendum, ſed facere non vult qvod didicit. Prorſus non rectè dicitur de iſto docendi modo, qvo per gratiam docet Deus. Si enim ſicut veritas loqvitur, omnis qvi didicit, venit: qvisqvis non venit, profectò* NEC DIDICIT. Ubi eſt voluntas impia, ibi Deus non habitat in intellectu. Ideo Auguſtin. Tom. 4. p. 1192. a. ſcribit: *Voluntatem propriam facit, qvisqvis à Deo non docetur.* Idem. Tom. 4. p. 1012. f. *Qvi non facit voluntatem Dei, non eam* DIDICIT.

E contrario autem omnis pius eſt à Deo doctus. Auguſt. de grat. Chr. §. 14. 1. Theſſ. 3. 4. 9. ſic Apoſtolus loqvitur: *De caritate fraternitatis non opus habetis vobis ſcribi; nam ipſi vos à Deo didiciſtis ut diligatis invicem. Atq; ut probaret, eos à* DEO DIDICISSE, *ſubjunxit, etenim facitis illud in omnes fratres in univerſa Macedonia. Tanqvam hoc ſit certiſſimum indicium, qvod à*

DEO DIDICERIS, ſi id, qvod didiceris FECERIS. *Iſto modo ſunt omnes ſecundum propoſitum vocati, ſicut ſcriptum eſt in Prophetis, DOCIBILES DEI.* Ib. §. 15. *Omnis qvi didicit à Patre, non ſolum poteſt venire, ſed* VENIT. *Ubi jam & poſſibilitas profectus & voluntatis affectus & actionis effectus eſt.*

Probavimus ex Epiſt. ad Roman. II. 20. irregenitos non habere notitiam ſpiritualem veritatis, ſed tantum ejus μόρφωσιν. Qvid ad hæc verba Bücherus? Aſſerit μόρφωσιν Judæorum fuiſſe illam *cognitionem fidelium*, de qva 2.Cor. 3. & 1.Cor. 13. adeoqve Judæos *fideles* fuiſſe docet, qvos Apoſtolus ut *infideles* depingit:

Rom. 2. 20.	M.Buch. Zug. des 12. M. p. 699.
μόρφωσιν τῆς γνώσεος καὶ τῆς ἀληθείας i. e. *formam cognitionis & veritatis, non ipſam cognitionem & veritatem habent Judæi ſ. hypocritæ.*	Ohne Zweiffel ſiehet der Apoſtel mit dem Wort μόρφωσις auf die Bilder Schau dieſes Lebens/ das ſind Bilder nicht nur NB. voller Warheit/ ſondern auch voller gött-

göttlicher NB. Krafft und Wirckung. 1. Cor. 13. 2. Cor. 3.

Hoc modo aperte committitur μετάβασις εἰς ἄλλο γένος. Aperte Schelw. tenebras lucem, & lucem tenebras vocat, μόρφωσιν ipſam γνῶσιν & ἀλήθειαν, & hoc modo γνῶσιν ψευδώνυμον loco notitiæ ſpiritualis fidelium ſubſtituit. Stolidiſſime errare Bücherum, apparet ex 2. ad Timoth. c. 3. 5. ubi de aperte impiis agitur, qvi ſunt *Diaboli* &c. ἔχοντες μόρφωσιν εὐσεβείας, τὴν δὲ NB. δύναμιν αὐτῆς ἠρνημένοι. Qvid ad hæc Bucherus?

2. Tim. 3. 5.	M. Büch. 2. Zug. 12.
Habent formam pietatis, δύναμιν verò ejus abnegant illi Diaboli, qvi voluptatem magis amant qvam Deum. v. 4.	M. p. 699. Ohne Zweifel ſiehet der Apoſtel mit dem Wort μόρφωσις auf die Bilder Schau dieſes Lebens / das ſind Bilder nicht nur voller Warheit (und Gottſeligkeit) ſondern auch voller göttlicher Krafft und Wirckung. 1. Cor. 13. 2. Cor. 3.

Apoſtolus docet, qvod ubi μόρφωσις tantum, ibi nulla δύναμις; Bucherus au-

tem *μόρφωσιν* ipſam *δύναμιν* vocat, & qvidem talem, qvalis eſt in regenitis. 2.Cor. 3. De externa forma notitiæ ſcribit Dietericus in Inſtitut. Catechet. de Scriptura ſacra §. 30. *David. Pſ. 119. 18. 34. cœcæ naturæ corruptionem reſpicit, & ILLUMINATIONEM NB. INTERIOREM Spiritus ſancti atqve aſſenſum petit: Nihil verò de NB. EXTERNA INTELLIGENTIA, QVÆ NON RENATIS etiam COMPETIT, dicit.*

Soli fideles ſunt θεοδίδακτοι, per fidem interne illuminati. Qvomodo Deus doceat per gratiam ex Scriptura ſacra, præclarè exponit Auguſt. Tom. 4. p. 990. e. Serm 17. in Pſ. 118. *Svavitatem & diſciplinam & ſcientiam doce me, qvoniam mandatis tuis credidi: non immertò qværi poteſt, cur non dixerit, obedivi, ſed CREDIDI. Alia ſunt enim mandata, alia promiſſa. Promiſſis ergò credimus, mandatis obtemperamus. Qvid eſt ergò; mandatis tuis credidi, niſi, credidi, qvod tu illa mandaveris, non aliqvis homo, qvamvis per homines hominibus miniſtrata ſint. Qvia itaq; credidi, tua eſſe mandata, ipſa FIDES mea, qvâ id credidi, impetret abs te gratiam, qva faciam qvod mandaſti. Si enim homo hæc mihi*

bi juberet forinſecùs, numqvid ut etiam facerem qvod jubebat adjuvaret extrinſecus? DOCE ergò me ſvavitatem INSPIRANDO CARITATEM, doce me diſciplinam donando patientiam, doce me ſcientiam illuminando intelligentiam. Qvoniam mandatis tuis CREDIDI. Te illa credidi mandaſſe, qvi DEUS es, & homini donas undè FACIAS EUM FACERE qvod mandas.

Novi Pelagiani, qvi cum antiqvis non niſi doctrinam, revelationem, oculorum cordis apertionem & illuminationem ſine fide pro vera gratia ſubſtituunt, (de qvibus v. Auguſt. de gratia Chriſti §. 8.) non niſi *adjumentum intellectus* qværunt, voluntate neglectâ. Putant enim *fidem* haberi poſſe *argumentis externis*, (v. Calov. Arminianism. p. 37.) gratiam & teſtificationem Spiritus ſancti interiorem ad fidem divinam neceſſariam planè negligunt. Ad fidem pervenire volunt per *Syllogismos*, qvorum errorem in Arminianis refutavit Calov. in Armin. p. 249. ſeqq. Adjutorium gratiæ divinæ in hoc conſtituunt, qvod nobis datur *ſcientia* revelante ſpiritu per *doctrinam*. Auguſt. de grat. §. 44. It. Tom. 2. p. 527. Epiſt.

Epiſt. 188. contra 1.Joh. 4. 8. Rom. V. 5. Hinc nuper novellus Ariſtarchus totius Germaniæ imò totius orbis eruditi cenſor ſatis ſuperbus, magna cum audacia Pſeudorthodoxiam hanc novorum Pelagianorum ſtabilire laboravit, cui medicinam (ſi propter pertinacem ſuperbiam ſpes ſalutis relicta) paramus in præſenti ex S. Auguſtino, qvi hisce novatoribus unà cum Pelagianis antiqvis ſecundum normam ſacræ Scripturæ ita reſpondet. *Ratio fidem præcedit, fidesq; rationem* Tom. 2. p. 263. c. *Intellectus & ratio differunt.* Tom. V. p. 148. e. *Ratione præſtantior eſt virtus.* Tom. 1. p. 573. 6. ſeqq. *Ratio vitiis rectè non imperat, ſi Deo ipſa non ſervit*, Tom. 7. p. 431. e. *per FIDEM pervenitur NB. ad INTELLECTUM.* Tom. 2. p. 309. d. P. 2. T. 3. p. 365. b. 373. f. ſeqq. Tom. 10. 11. d. *ubi igitur intellectus infidelium & impiorum? Intelligentiæ fides præmittatur.* Tom. 5. p. 339. a. 347. d. 348. b. *Mores perducunt ad intelligentiam.* Tom. 3. P. 2. p. 315. c. *Tantò ſincerius aliqvis intelligit, qvantò intentionem mentis à corporis ſenſibus removet.* Tom. 1. p. 293. d. Sine dubio Auguſtinus his Pſeudortho-

orthodoxis ac novis Pelagianis videbitur Phanaticus, qvando ſcribit p. 427. f. Tom. V. *Intelligendi gradus fides, fidei meritum intellectus. Fides Collyrium* Tom. 3. Part. 2. p. 390. b. c. Hoc opus habent omnes cœci. *Infideles verba Dei cuſtodire non poſſunt.* Tom. 4. p. 968. e. Qvomodo igitur infideles ſecundum novos Pelagianos per verbum Dei illuminati, ita ut indè habitum contraxerint ad dona adminiſtrantia? *Deus ſolus eſt lux intellectus.* Tom. 4. p. 993. a. In impiis Diabolus habitat. Qvæ communio luci cum tenebris? 2. Cor. 6. *Mentis lumen Deus.* Tom. 7. p. 151. b. *Mens primum purganda fuerat fide ad incommutabile lumen perferendum.* Tom. 7. p. 208. a. Tom. 6. p. 38. e. *Fidei merito datur merces cognitionis.* Tom. 5. p. 149. f. 150. a. 411. d. 427. f. 471. f. *Fides debet præcedere intellectum, ut ſit intellectus fidei præmium. Fidei fructus intellectus.* Tom. 3. Part. 2. p. 283. a. *Fidei merces contemplatio.* Tom. 8. p. 538. e. 540. e. 541. 6. Tom. 3. P. 2. p. 332. e. *Avertendo nos ad peccatũ, illuminatorem amiſimus, convertendo nos ad Deum, percipimus illuminationem.* Tom. 5. p. 148. a. *Fides* eſt

eſt credere, qvod nondum vides; fidei *merces, videre qvod credis.* Tom. 4. p. 1123. c. *Fides in comparatione tenebrarum infidelium, dies eſt; in comparatione Dei beatorum, nox eſt.* Tom. 5. 10. c. 220. b. 329. c. 8. Tom. p. 616. a. *Fide mens purgatur, ut Deum videre valeat.* Tom. 8. p. 178. e. *Fide ſimplici prius nutrienda eſt mens Chriſtiana, ut fiat capax ad intelligenda ſuperna & æterna.* ib. p. 532. a. *Fides ad divina capienda facit habiles.* Ib. p. 585. a. *fide mens purgatur, ut contemperetur æternis.* Tom. 4. 254. b. c. 992. e. 1051. a. *fide corda mundantur, ut interiores oculi aperiantur & ſanentur.* Hæc vox digna Orthodoxo Theologo! Nam verè & eleganter Auguſtinus Tom. 5. p. 478. c. *Deus fugientis dorſa perſeqvitur, faciem redeuntis illuminat.*

Videor mihi videre Pſeudorthodoxum, Zelo fanatico extra ſe raptum, & ſe ipſum hoc modo confundentem.

Qvæſtio.	Reſponſio.
M. Buch. 2. Zug. des 12. Menſ. p. 696. 697. wie ſoll wol der heil. Geiſt in einem Menſchen/	Im Gymnaſio in Dantzig wird GOttes Wort võ D. Schelwig nicht exegeticè geleſen/ wie einem Theologo ge-

ſchen / der ſeiner Gnaden = Wir=ckung wiederſtre=bet ein wahres le=bendiges Erkänt=niß wircken? das geſchiehet freylich nicht / weñ er ihm wiederſtrebet in Erlernung der Warheit/daß Er nicht einmahl GOttes Wort hören/leſen/und betrachten will.

gebühret/ ũd alſo auch nicht gehöret und be=trachtet / darum hat Schelwig und ſeine Zuhörer kein wahres lebendiges Erkäntniß. Alle Auditores Schelwigii bekennen/daß Er niemals die Bibel ex-egeſiret/ das Examen Studioſorum im Cõſiſtorio bezeuget es/ wie auch das Tentamen; Ja Er ſelber geſtehet es/ in Suppl. darum iſts nicht Wunder / daß Er der Gnade des heiligen Geiſtes widerſtrebet.

Objectio.	Reſponſio.
M. Büch. 2. Zug. 12. M. p. 709. würdet ihr wol einen nach Dantzig insGymnaſium weiſe/ wie Chriſtus zu den Phariſäern auf Moſ. Stuhle?	D. Schelwig iſt in Dantzig nicht ſo gut als ein Pha=riſäer / denn dieſe laſen noch den Buchſtaben der Bibel. D. Schel=wig gar nicht.

Deſti-

Deſtituuntur noſtri Pſeudorthodoxi & litera & ſpiritu. Nos non niſi fidelibus per literam verbi divini Spiritum S. accipientibus veram Dei cognitionem, Spiritus S. illuminationem & veri nominis Orthodoxiam tribuimus, cum Eccleſia canente:

Der wahre Glaub an JEſum Chriſt/ Die rechte Erkäntniß GOttes iſt.

Pſeudorthodoxis autem, infidelibus veri nominis Orthodoxiam tribuentibus commendamus (ut in ruborem dentur) cantionem Eccleſiaſticam:

Es ſpricht der NB. **Unweiſen Mund wol/ den rechten GOtt wir meinen/ Doch iſt ihr Hertz** NB. **unglaubens voll/** NB. **mit That ſie ihn verneinen ꝛc.**

Ipſa Apol. A. C. docet: impios veritatem non magis intelligere, qvam parietes intelligunt vocem qvam reddunt. Irregenitos *ignorare, qvid ſit timere Deum.* v. p. 134. p. 155. *Impii doctores deſerendi ſunt.* &c.

Error XIII. Schelvv. & Büch.

Qvod Sacramenta conferant gratiam ex opere operato, ſine fide.

Novi Pelagiani qvi veram, ſpiritualem

& vivam Theologiam ac illuminationem infidelibus adſcribunt, docent qvoqve: Sacramenta impiis conferre gratiam ſine fide, qvam ſententiam in Schelvvigio & Buchero clariſſimis verbis damnant libri noſtri Symbolici, ut patet ex ſeqventibus.

Orthodoxia Apol. Auguſt. Conf. p. 203. Art. VII.	Heterodoxia.
Sacramenta non ponenti obicem, conferre NB. *GRATIAM ex opere operato, ſine bono motu utentis. Hæc ſimpliciter Judaica opinio eſt, ſentire qvod per ceremoniã juſtificemur, ſine bonô motu cordis* i. e. *ſine fide.*	M. Buch. Menſ. *XI.* p. 460. der unbekehrte Menſch (infidelis nondum ſanatus) iſt nicht im bloſſen Stande der Natur/ſonderlich wenn Er in der NB. äuſſerliche Gemeinſchafft der Kirchen ſtehet/ und zu dem Gnaden-Bunde Gottes durch die Heil. Tauffe aufgenommen worden.

Putat Buch. Sacramenta ex opere operato transferre hominem ex ſtatu naturæ, in ſtatum gratiæ, ſine fide. Docet: infideles in ſtatu gratiæ eſſe, ex ſolo opere operato Baptiſmi. Arbitratur, hominẽ infidelem non in ſtatu naturæ, ſed in ſta-

tu gratiæ eſſe, ſi modo in externa Eccleſia eſt, etſi non ſit de Eccleſia, etſi per fidem non ſit verum Eccleſiæ membrum. Omnes baptizatos, omnes qvoq́;, qvi in externa Eccleſia ſunt, homines ſpirituales putat, etſi ſint ſine fide. Hæc ſimpliciter Judaica opinio eſt. Qvando Pſeudorthodoxus ſibi perſvadet, infideles gratiam prævenientem admiſiſſe, cui tamen reſiſtunt, contradictio aperta eſt. Qvi per gratiam prævenientem fidem accepit, is certe non amplius infidelis eſt. Auguſt. Tom.10.126. e. *Hoc nobiscum agit gratia DEI, non ſolum præceptis, NB. SACRAMENTIS, exemplis, ſed etiam Spiritu S. per qvem latenter diffunditur caritas in cordib9 noſtris, qvi interpellat gemitibus inenarrabilibus, donec in nobis perficiatur ſanitas, & DEUS ſicuti eſt, videndus æterna veritate monſtretur.*

Pelagiana gratia eſt baptiſma ad adoptionem ad regnum DEI ſine fide, ſine ſanatione, adeoq; ex opere operato. Julianus apud Auguſt. Tom. 10. p. 821. Oper. imperf. l. 3. c. 149. dicit: *nos gratiam Chriſti, i. e. baptiſma, ex qvo ritum ejus Chriſtus inſtituit, ita neceſſariam omnibus in commune*

æta-

ætatibus confiteri, ut qvicunqve eam utilem etiam parvulis negat, æterno feriamus anathemate. Auguſtinus reſpondet Juliano: *De NB. medicina agimus, qvo nomine Chriſtus gratiam ſuam vocari voluit, ubi ait de ſe ipſo, non eſt opus ſanis medicus, ſed male habentibus Marc. 2, 17. Vos autem gratiam Chriſti non propter ſanandos parvulos, ſed propter adoptandos in regnum DEI tantummodo dicitis neceſſariam.*

Optime pſeudorthodoxis Pelagianis reſpondet Auguſtinus Tom. II. operum p. 605. a. *Gratia non ſic defendenda, ut qvaſi de illa ſecuri, mala opera diligant homines.*

Error XIV. Schelw. & Buch. De duplici Juſtificatione, & fide ſine charitate.

Errores Schelwigii & Bucheri de Fide & Juſtificatione demonſtravi & refutavi in Diſſert. Anal. fidei præmiſſa, in Tract. de diſcrimine veræ & falſæ Theologiæ, in parte ſecunda Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, in Synopſi veritatis divinæ, & ultimo in Theologia vere Evangelica. Addam hic tantum Bucherum αὐτοκατάκριτον, qvi *fidem à charitate ſeparare & duplicem* cum

pontificiis *Juſtificationem* docere, non erubeſcit. Hæc clara ſunt ejus verba, im böſen Gewiſſen p. 43. der Glaube NB. kan ohne Liebe ſeyn / iſt auch NB. wircklich ohne Liebe. NB. NB. in der erſten Rechtfertigung. Ergò Bücherus PRIMAM & SECUNDAM, adeoq; duplicem Juſtificationem Pontificiorum publice in Eccleſiam Evangelicam introducere molitur.

Audivim9 ſupra, Errore l. Schelw. negare: Deum eſſe verum & proprium lumen, & poſtea, imaginem DEI verum & proprium lumen fuiſſe in homine, deniqve Theologiam eſſe verum lumen, ſeqvitur ut neget qvoqve, *fidem lumen eſſe.* Zugab des XI. Monaths p. 503. der Glaube iſt kein göttliches Licht. ib. p. 505. Es iſt ein Irrthum des D. Speners / daß die wahre Erkäntniß warhafftig aus einer Krafft des H. Geiſtes herkomme / und ein himmliſches Licht in der Seelen ſey. Qvemadmodum igitur fidem docet ſine lumine, & ſine charitate, ita qvoqve Theologiam ſine fide. 2. Add. Menſ. 12. p. 714. ad dictum 1. Joh. II, 4. c. IV, 7. nihil reſpondere potuit. Das Erkäntniß das nicht GOTT vor ſeinen GOtt hält / iſt zwar kein Glaube / kan aber dennoch eine wahre Theologie ſeyn: Theologia

gia igitur Schelwigii & Bucheri eſt ſine fide. Gratia hujus Theologiæ non niſi Pelagiana. Auguſt. de grat. & lib. arbit. §. 29. c. 13. Tom. 10. p. 483. *Dicunt etiam gratiam DEI, qvæ data eſt per fidem JESU CHRISTI, qvæ neqve lex eſt neqve doctrina, ad hoc tantum valere, ut peccata præterita dimittantur, non ut futura vitentur, vel repugnantia ſuperentur.* ibid. n. 27. c. 14. *neq; ſcientia divinæ legis, neq; natura, neq; ſola remiſſio peccatorum eſt illa gratia, qva per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum datur, ſed IPSA FACIT UT LEX IMPLEATUR, ut natura liberetur ne peccatum dominetur.*

Infelix Bucherus, vi veritatis victus non poteſt non vertumnum & Scepticum agere, imo ſibi ipſi contradicere.

Bucher.	ἀυϑοκαϑάκριϑος.
M. Büch. Gew. p. 43. Der Glaub und Lieb ſind nicht in momento temporis zugleich. p. 44. das kan man nicht begreiffen / wie dieſes in einem Augenblick geſchehen könne.	ib. p. 44. Der Glaub hat die Krafft Gott und ſeinen Nechſten zu lieben in eodem momento temporis. Qvo contradicit Bucherus Schelwigio.

He-

Heterodoxus.

Buch. M. XI. p. 455. Die Menſchen werden durchs Wort des HErrn / aber nicht allezeit auf einmahl und durch eine einige Predigt und Gnaden-Wirckung/ ſondern mehrentheils ſucceſſivè nach und nach durch unterſchiedliche gradus gratiæ zu Chriſto bekehret. p. 456. Unterſchiedene Gnadẽ Wirckungen gehen vor dem Glauben vorher.

Orthodoxus.

Calov. Syſtem. Tom. X. p. 16. *Accipimus converſionẽ integram, ita ut* DEO *initium medium & finem (ſecundũ momenta naturæ) Converſionis noſtræ unicè & in ſolidum vindicemus, etſi* NB. *QVOAD TEMPORIS MOMENTA* SIMUL *ac* SEMEL *& velut ἐν ῥιπῇ ὀμματος, ut hic ita de* DEO *καὶ ἀνθρωποπάθειαν loqvamur, fiat converſio.*

Calovium & omnes veri nominis Orthodoxos Enthuſiaſtas vocat Pſeudorthodoxus M. Büch. 2. Zug. M. 12. p. 701. Sagt Er / daß die Erweckung des Willens und die Anzündung des Glaubens in einem Augenblick geſchehe / ſo muß Er einen raptum Enthuſiaſticum glauben. Fundamentum hujus veritatis, qvod gra-

tiæ

tiæ actus fiant ſimul ac ſemel, qvoad temporis momenta, adeoqve ſeparari non poſſint, in eo ſitum eſt, qvia *opera S.Sanctæ Trinitatis ſunt inſeparabilia.* Solidiſſimum & æternum hoc fundamentum ſolidiſſime deſcribit Auguſtinus Tom.X. de Præ-deſt. Sanct. p. 528. c. 8. *Valde remota eſt à ſenſibus carnis hæc ſchola, in qva pater auditur & docet, ut veniatur ad filium. Ibi eſt & ipſe filius; qvia ipſe eſt verbum ejus, per qvod ſic docet; nec agit hoc cum carnis aure ſed cordis. Simul ibi eſt & Spiritus Patris & filii: neq; enim ipſe non docet, aut ſeparatim docet:* NB. *INSEPARABILIA qvippe didicimus eſſe OPERA TRINITATIS, & ipſe eſt utiq; Spiritus Sanctus de qvo Apoſtolus dicit, habentes autem eundem Spiritum fidei 1. Cor. 4. 13. ib. Multos venire videmus ad filium, qvia multos credere videmus in Chriſtum: ſed ubi & qvomodo à patre audierint hoc & didicerint, non videmus. Nimium gratia iſta ſecreta eſt.* ib. *Qvando pater intus auditur & docet, ut veniatur ad filium, aufert cor lapideum, & dat cor carneum, ſicut Propheta prædicante promiſit. Sic qvippe facit filios, & vaſa miſericordiæ, qvæ præparavit ad gloriam.*

Error XV. Schelw & Buch.

De gratia *Sanctificationis* Pelagiana.

Fides Pelagiana eſt ſine operib9 verè bonis. Pelagi9 enim ſeparat bona opera à fide. In Ep. ad Eph. c. 1. ſcribit ad verba: *omnibus ſanctis*: *Omnes ſancti fideles*, NON OMNES FIDELES SANCTI. Hæc eſt ſeparatio Pontificia Schelwigii & Bucheri, ut paſſim, inprimis in Synopſi veritat. div. art 20. Th. 14. demonſtravimus, nec non in errore Schelw. & Buch. præcedente.

Gratia ſanctificans Pelagiana eſt *1. doctrina. 2. Scientia & recordatio remiſſionis peccatorum. 3. Rhetorica tantum perſvaſio*, non autem charitas DEI diffuſa in cordibus noſtris per Spiritum S. Pelagio Bucherus cum Schelwigio conſentit, ut patet ex ſeqventibus:

Pelagianus.	Pelagius.
M. Büch. Gew. p. 51. Chriſti Verdienſt hat uns die Erneurungs Gnade des H. Geiſtes erworben / durch welche wir in der Krafft ſeines Wor-	Auguſt. Tom. X. p. 165. *Ecce iterum qværimus, qvo auxilio nos indigere fateatur* (Pelag.) *& iterum invenimus* AMBIGUUM, *qvoniam poteſt reſpondere,*

Wortes und ſonderlich der Evangeliſchē NB. Lehre von der Erlöſung Chriſti durch ſein Blut / Tod und Aufferſtehung in uns die Lüſte des Fleiſches tödten können.

dere, LEGEM ſe dicere, DOCTRINAMVE CHRISTIANAM, qva naturalis illa poſſibilitas adjuvetur: Nos autem illam gratiam in eorum confesſione reqvirimus, de qva dicit Apoſtolus 2. Tim. 1, 7. Non enim dedit nobis DEUS NB. SPIRITUM timoris, ſed VIRTUTIS & NB. CHARITATIS & CONTINENTIÆ. Non eſt autem conſeqvens, ut qvi habet *donum SCIENTIÆ*, qvo noverit, qvid agere debeat, habeat etiam CHARITATIS, ut agat.

Vera gratia ſanctificationis non eſt tantum doctrina Pelagiana, ut Bucherus putat, ſed *ardor dilectionis à Spiritu Sapientia, qvi ſufficit ad implendam magnitudinem continentiæ.* Auguſt. Tom. 2. Ep. 188. p. 530. *Sap. 8, 21. Cum SCIREM, qvia nemo poteſt eſſe continens, niſi DEUS DET, & hoc ipſum erat Sapientiæ, ſcire cujus eſſet hoc donum, adii Dominum & DEPRECATUS ſum illum. Neqve enim iſte aut naturam precando volebat accipere, in qva conditus erat; aut de naturali vo-*

luntatis arbitrio ſatagebat, cum qvo conditus erat; aut remisſionem peccatorum deſiderabat, qvi potius continentiam, ne peccaret, optabat; vel qvid faciendum eſſet, ſcire cupiebat, cum jam ſe ſcire fateretur cujus eſſet hoc donum, ſed utiqve tantas voluntatis vires, tantum dilectionis ardorem volebat accipere Spiritu Sapientiæ, qvi ſufficeret ad implendã magnitudinem continentiæ.

Docet Bücherus, qvod doctrina Evangelica habeat eandem vim divinam, qvam habet ſangvis Jeſu Chriſti ex unione hypoſtatica duarum naturarum in Chriſto, qvæ tamen præter humanã naturã Chriſti, nulli creaturæ competit. M. Buch. Gew. p. 65. Der Evangeliſchen NB. Lehre von dem Blutvergieſſen/Sterben und Aufferſtehung komt eben dieſelbe göttliche Krafft zu / die dem Blute Chriſti NB. vermöge der Perſöhnlichen Vereinigung zukomt. Optime refutavit Bucherũ doctiſſimus Dominus D. Langius, Profeſſor Theologiæ in Academia Altdorff. celeberrimus, in Diſſert: *de Demonſtrat. Spiritus.*

Pelagiana gratia qvoqve conſiſtit in *ſcientia & recordatione* remiſſionis peccatorum,

torum, non autem in diffuſione charitatis divinæ in cordibus fidelium.

M. Büch. Gew. p. 65. Die Betrachtung des Todes und der Auferſtehung JEſu Chriſti neiget u. reitzet uns kräfftig den alten Menſchen in uns zu tödten.

Aug. de grat. Chriſti c. Pel. p. 155. Tom. 10.

Pelagius docuit gratiam remisſionis peccatorum per ſingulas horas, per ſingula momenta, per actus ſingulos neceſſariam, ut ſemper in memoria retinentes & reminiſcentes dimiſſa nobis eſſe peccata, non precemur ulterius; adjuti non aliqva ſubminiſtratione virtutis, ſed viribus propriæ voluntatis, qvid ſibi remisſione peccatorum præſtitum fuerit per actus ſingulos RECORDANTES.

Pelagius cum Buchero & Schelw. docuit: *Scientiam legis & eloqviorum DEI charitatem operari in nobis, ut non per DEI donum, ſed per noſtræ voluntatis arbitrium diligamus, qvod eſſe diligendum DEO docente cognoſcimus.* v. Aug. Tom. X. l. 1. oper. imperf. c. Jul. p. 696.

Pelagius cum Schelw. & Buchero negat gratiam benefaciendi dari *præter do-*

ctri-

ctrinam externam. Auguſt. Tom.10. p.780. oper. imperf. c. Jul. l.2. *Tu veſtro more, qvi de veſtro deſcendit errore, non agnoſcis gratiam niſi in dimisſione peccatorum.* Aug. Tom. 5. p.523. *Gratia medicina eſt. NB. qvi vult SEMPER ÆGROTARE, ingratus eſt medicinæ.*

Pelagiana gratia eſt *Rhetorica & moralis perſvaſio.*

M. Büch. Gew. p.51. Chriſti Verdienſt und Fürbitte nützet uns moraliter, es ermahnet / treibet und nöhtiget moraliter.

Pelag. in cap. V. ad Phil. ſcribit: *Velle operatur SVADENDO, & præmia promittendo.* Jul. Pelagianus apud Auguſt. l. 1. oper. imperf. c. Jul. Tom. X. p.696. *ad gratiam DEI multiplicem refert, qvando DEUS pollicetur unigeniti ſui præſtare nos cohæredes.*

Qvia Bucherus objicit, Auguſtinum qvoqve ſexcentis locis de *gratia adjuvante in ſenſu laxiori* locutum eſſe, operæ pretium eſt, hic demonſtrare: qvid diſcriminis ſit, inter *gratiam adjuvantem, in ſenſu laxiori Orthodoxorum, & Pelagianorum?* Orthodoxis igitur *gratia adjuvans* ſtrictè dicta, qvatenus operanti & prævenienti opponitur

tur, eſt *gratia fidem corroborans; in ſenſu laxiori* autẽ eſt gratia operans, præveniens, excitans, adeoqve *fidem accendens, ſeu regenerans atqve ſanctificans*, hoc ſenſu Auguſtinus omnem gratiam adjuvantem ſexcentis locis vocavit. Pelagianis autem non eſt gratia regenerans, fidem accendens atq; ſanctificans, *ſed naturales vires irregenitorum adjuvans, iis aſſiſtens, intellectum illuminans, ita ut beſtia in voluntate, poſſit eſſe illuminatiſſima in intellectu.* Hæc mens Pelagii, Schelwigii & Bücheri eſt, qvæ à ſententia Orthodoxorum plane differt.

Eadem ratio eſt *Gratiæ aſſiſtentis* Pontificiorum, qvam Pſeud-Evangelici qvidam in Eccleſiam Evangelicam introducere laborant, de qva Joh. Gerhard. Harmon. p. 1400. *Putat Bellarminus* l. 5. de grat. & lib. arbitr. c. 17. *probari hoc dicto* (*ſine me nihil poteſtis*) *liberum arbitrium egere gratia DEI, hoc eſt, ut alibi mentem ſuam exponit: ſine gratia adjuvante nihil poſſe; interim tamen una cum gratia vel adjutum à gratia etiam in ſpiritualibus ex ſe, & naturalibus ſuis viribus aliqvid poſſe.* Reſpondet autem Gerhardus: *Propoſitio illa, ſine*

me

me nihil poteſtis facere, non eſt ſimilis illi: Sine baculo ſenex non poteſt ambulare (in ea enim præſupponitur, quod ſenex vim ambulandi habeat, ſed tamen absque baculi adjutorio eam exercere nequeat:) ſed eſt ſimilis illi: Corpus ſine anima non poteſt ambulare, ejus enim ſenſus eſt, quod corpus vim ambulandi ab anima unicè accipiat, & absque ea ambulare nullo modo poſſit. Schelwigii & Bücheri ſententia eſt: Impius ſine ſcriptura ſacra non poteſt intelligere ſpiritualia, ut ſenex non poteſt ambulare ſine baculo, ſed qvando impius habet Scripturam Sacram, poteſt eam intelligere, ſicut ſenex cum baculo poteſt ambulare; *Præſupponitur* enim qvod uterqve *vim intelligendi & ambulandi in ſe habeat*, ſed absqve *externo adjutorio eam exercere neqveat.* Hanc ſententiam Pontificiam *de gratia aſſiſtente* transferunt qvoqve ad *ſanctificationem*, putantes *auxilium gratiæ* eſſe externam *doctrinam* ſine novi cordis creatione & charitate DEI in corde fideli effuſa.

Vera gratia eſt τὸ πνεῦμα τῆς χάριτος Ebr. X, 29. *Spiritus vivificans*, de qva Auguſt. de geſt. Pel. c. 8. Auguſt. T. 2. p. 527. Epiſt. 188.

188. *ad habendam bonam voluntatem, ubi eſt hoc ipſum, qvod juſte vivimus, & ipſa charitas, qva in omnibus DEI donis ita excellit, ut etiam DEUS dicta ſit 1. Joh. 4. 8. qva una adimpletur in nobis, ſi qvid divinæ legis & admonitionis adimplemus, divinitus adjuvamur, per Spiritum S. qvi datus eſt nobis Rom. V. 5. Hanc eſſe magnam gratiam Salvatoris, qvi aſcendens in altum captivavit captivitatem, & dedit dona hominibus, Pſ. 67. 19. qvisqvis nondum confitetur*, (cum Schelw. & Buch.) *qvantum & qvam exitiabiliter erret, intelligis.*

Hic in præſenti pedem figimus, reliqva (niſi qvieſcant pſeudorthodoxi) in poſterum, DEO juvante, demonſtraturi. DEUS pro juſto ſuo judicio efficaces in pſeudorthodoxos immiſit errores. Nam ſuper pſeudorthodoxiæ typhum pœnales ſpargit ignorantiæ & errorum tenebras.

Horum tamen ſententia neqve Chriſtus, neqve prophetæ, neqve Apoſtoli orthodoxi ſunt. Nam judice Eraſmo in Comment. ad Tit. I. v. 8. *nihil magis futurum eſt hæreticum, qvam ſi qvis Chriſtũ ingenuè pureqve doceat.* Doleo vices pſeudorthodoxorum, ſitio eorum ſalutem, eamq;

eamq; hac Refutatione errorum, his admonitionibus & precibus ſeriis promovere laboro.

Æqvum eſt, ut veri nominis Orthodoxi patiantur injurias à Pſeudorthodoxis. Pergamus igitur ſtudere veri nominis Orthodoxiæ ac bonæ conſcientiæ, ut poſtqvam propter confeſſionem Chriſti calumnias & injurias mundi patienter pertulerimus, pudore Pſeudorthodoxi ſuffundantur; & nos translati in vitam cum CHRISTO, æternum glorificemur.

NB. p. 49. lin. 16. pro corioſus legatur curioſius. In Præfat. pro horendis legatur horrendis, ib. pro 2996. legatur 1696. ib. pro uliſci leg. ulciſci, reliqva emendabit. L. B.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

005656833

Digitized by Google

Digitized by Google